

**Recherches de  
Théologie et Philosophie médiévales**

**Bibliotheca  
10.2.4**

DVRANDI DE SANCTO PORCIANO

**SCRIPTVM SVPER IV LIBROS  
SENTENTIARVM**

Editioni curandae praesidet Andreas Speer

**Distinctiones 39-44 libri Secundi**

edidit Massimo Perrone

**PEETERS**

<DISTINCTIO TRIGESIMA NONA

QUESTIO PRIMA

VTRVM CVLPA PER PRIVS SIT IN VOLVNTATE VEL IN RATIONE>

- [A1-B1] *Hic oritur questio* etc. Hic primo queritur utrum culpa per  
5 prius sit in uoluntate uel in ratione. Et uidetur quod in ratione, quia  
in illo per prius inuenitur ratio | culpe quod necesse est primo def- *V205vb*  
ficere; set necesse est primo defficere rationem quam uoluntatem;  
「omnis」 enim deffectus electionis 「supponit」 aliquem deffectum ratio-  
nis, ut declaratum est supra dist. 23; ergo etc.
- 10 [A2-B2] Item, sicut se habet intellectus quantum ad uerum et fal-  
sum ad fantasiam, cuius actum supponit, sic uoluntas quantum ad  
bonum et malum ad rationem, quam sequitur et supponit; set falsum  
non est in intellectu nisi ratione fantasie, ut uult PHILOSOPHVS IV  
15 *Metaphisice*; ergo nec malum est in uoluntate nisi propter deffec-  
tum rationis.



[A3-B3] In contrarium est quia in illo per prius inuenitur peccatum in quo per prius inuenitur uoluntarium; set per prius inuenitur uoluntarium in actu uoluntatis, qui est uoluntarius per essentiam, quam in actibus aliarum potentiarum, qui sunt uoluntarii solum per participationem; ergo etc. 20

*Mu152vb* [A4-B4] Responsio. Dicenda sunt duo. Primum est quod omne peccatum in uoluntate precedit aliquis deffectus in ratione. Secundum est quod omnem deffectum culpabilem in ratione precedit | aliquis deffectus culpabilis in uoluntate. Et primum quidem probatum est supra, cum quereretur utrum Deus posset facere aliquam creaturam 25 impeccabilem per naturam. Secundum uero patet sic. Nulli imputatur ad culpam quod facit per ignorantiam quam uitare non potest, quia talis ignorantia est inuincibilis, que excusat a toto; sola ergo ignorantia uel deffectus rationis quam quis uitare potest non excusat a culpa, quia et talis ignorantia uel deffectus culpabilis est; set sola ignorantia 30

| uoluntaria est euitabilis, quia nichil est in [libertate] nostra ut fiat *O68r*  
 uel non fiat, nisi quod subiacet uoluntati; ergo sola ignorantia | uel *F136va*  
 deffectus rationis uoluntarius est culpabilis, et per hoc culpabilis, quia *M285rb*  
 uoluntarius; set quod sit uoluntarius habet a uoluntate; ergo etc.

- 35 [A5-B5] Set uidetur hic esse unum dubium, quia, si omnem  
 culpam uoluntatis precedit aliquis deffectus rationis et iterum omnem  
 culpabilem deffectum rationis precedit deffectus culpabilis uoluntatis,  
 erit, ut uidetur, processus in infinitum, nec erit dare primum pecca-  
 tum, quia deffectus rationis, qui precedit culpam uoluntatis, aut | est *N115va*  
 40 culpabilis aut non. Si non est culpabilis, per ipsum excusabitur culpa  
 uoluntatis, quia quod fit per ignorantiam uel inconsiderationem que  
 non est culpa, nec illud est culpa. Si uero deffectus sit culpabilis, et  
 omnem talem precedit culpa uoluntatis, ut dictum est, et culpam  
 uoluntatis precedit deffectus rationis culpabilis uel non culpabilis,  
 45 deducendo modo quo deductum | est, non erit status, set [proceditur] *A80rb*  
 in infinitum, quia ante quodlibet peccatum uoluntatis erit deffectus  
 rationis et ante quemlibet deffectum rationis erit peccatum uoluntatis,  
 quod est inconueniens. Et dicendum quod ad hoc quod ignorantia  
 uel deffectus rationis | sit culpabilis, requiruntur duo: unum est quod *D125vb*  
 50 sit in potestate uoluntatis, aliud est quod sit eorum que homo tenetur  
 scire; deffectus ergo rationis, quamdiu precedit peccatum uoluntatis,

est quidem in potestate uoluntatis, set non est eorum que homo tenetur scire uel actu considerare; solum enim tenetur actu considerare ea que possunt a peccato retrahere dum uult actu eligere; non enim  
 55  
*O68v* here a prosecutione | passionum, nisi quando imminet ei fuga uel elec-  
*M285va* tio earum; cum ergo dicitur quod deffectus rationis precedens | culpam  
 uoluntatis aut est culpabilis \*uel\* non, dicendum quod quamdiu  
 precedit non est culpabilis, set tamen est in potestate uoluntatis, et  
 60  
 ideo non excusat; simul autem tempore efficitur culpabilis cum mala  
 electione uoluntatis, posterius tamen ordine nature, quia ex hoc quod  
 iste uult eligere, tenetur ea considerare que possunt impedire prauam  
*Z92va* electionem, et ita non [est] processus in infinitum in peccatis, | set  
 est primum peccatum in uoluntate precedente deffectu rationis, [quia]  
 65  
 quamdiu precedit non est culpabilis, set efficitur culpabilis posterius  
 ordine nature quam sit culpa uoluntatis, et ideo non oportet aliam  
 culpam in uoluntate precedere ipsum deffectum rationis.

[A6-B6] Ad primum argumentum dicendum quod non oportet in illo primo reperiri rationem culpe in quo primo est deffectus, set in quo est libertas euitandi deffectum; et quia libertas est primo formaliter in uoluntate, ideo in ipsa inuenitur per prius ratio culpe.  
 70

[A7-B7] Ad secundum dicendum quod falsitas attribuitur fantasie non quin sit directe in intellectu, set quia ex fantasia interdum cau-

satur, et eodem modo ex precedente deffectu rationis sequitur culpa  
 75 uoluntatis, et tamen ipse deffectus rationis numquam est culpabilis,  
 nisi quia est in potestate uoluntatis et est eorum que quis tenetur  
 considerare, ut dictum est; propter que culpa uoluntatis precedit hunc  
 deffectum, nec est culpabilis ratione que dicta est.

## &lt;QVESTIO SECVNDA

VTRVM CONSIDERARE MALA SIT MALVM SICVT ELIGERE MALA EST  
 MALVM>

[A1-B1] Postea queritur utrum considerare mala sit malum sicut eli-  
 5 gere mala est malum. Et uidetur quod sic, | quia forma denominat *069r*  
 suum subiectum; set ratio mali uerius est in intellectu considerante  
 malum quam in uoluntate eligente, quia intellectus intelligit recipien-  
 do, | uoluntas autem nichil | recipit; ¶ideo etc.¶ *M285vb*

[A2-B2] In contrarium est quia non euitatur malum nisi cogni- *F136vb*  
 10 tum; si ergo ¶considerare¶ mala esset malum, | impossibile esset euitare *N115vb*  
 malum, quia dum consideraretur, incurreretur, si ¶uero¶ non conside-  
 raretur, non euitaretur; hoc autem est inconueniens; ergo etc.

[A3-B3] Responsio.

Dicendum quod scire malum non est malum. Cuius rationem QUIDAM assignant sic. *Obiectum uoluntatis est bonum; set obiectum intellectus est uerum; bonum autem et malum sunt in rebus, ut dicitur VI Metaphisice, uerum autem et falsum in anima; cum ergo uoluntas per actum suum tendat in obiectum suum secundum quod est in re, ideo ex bonitate uel malitia rei uolite actus uoluntatis est bonus uel malus; set intellectus tendit in rem secundum quod est in anima; ratio autem tam boni quam mali in anima bonum est; et ideo cognoscere malum non est malum set bonum.*

Set istud non uidetur sufficere, quia sicut obiectum uoluntatis est res extra animam, sic ipsamet, ut est extra animam, est obiectum intellectus, et sicut ratio rei intellecte est in anima, que ratio non est id quod intelligitur, set tantum quo aliquid intelligitur, sic ratio rei uolite est in anima, precipue secundum opinionem in I libro positam, scilicet quod intellectus et uoluntas sunt una et eadem natura absoluta, que uocatur *mens* ab AVGVSTINO, cui menti oportet presentem esse rationem rei quantum ad cognoscere et uelle, licet ordine quodam. Ex hoc sic arguitur. Illi actus qui equaliter tendunt in obiecta sua ut sunt in re, equaliter sortiuntur rationem boni uel mali ex bonitate uel malitia obiecti; set actus intellectus et uoluntatis equaliter tendunt in obiecta sua ut sunt in re; sicut enim quod est uolitum est uolitum secundum esse quod habet in re et non secundum esse quod habet in anima, sic illud idem est cognitum secundum esse quod habet in re et non secundum esse

deest B

15

20

25

30

35

40 quod habet in anima; immo si non esset cognitum secundum  
 esse quod habet in re, non esset uoluitum secundum illud esse,  
 cum uoluntas non possit ferri nisi in cognitum; ergo si actus  
 uoluntatis sortitur propter hanc causam bonitatem uel malitiam  
 ex bonitate uel malitia rei uolite, per eandem rationem actus  
 45 intellectus sortitur bonitatem | et malitiam ex bonitate et mali-  
 tia rei intellecte, quod est contra rationem assignatam. Qualiter  
 intelligatur illud VI *Metaphisice*: bonum et malum sunt  
 in rebus, uerum autem et falsum in anima, dictum est libro I  
 dist. 19.

*deest B*

*D126ra*

50 [A4-B3] Dicendum [ergo aliter, resumendo] quod supra [dictum]  
 est, scilicet quod malum [seu] deffectus in operatione generaliter dicitur  
 peccatum, set in operatione libera uocatur culpa. [Secundum hoc  
 uidenda sunt duo. Primum est quod scire malum secundum se [nec]  
 est peccatum nec culpa. Secundum [erit] qualiter in actu intellectus  
 55 potest esse peccatum et culpa.

Primum patet, quia quando nullus est deffectus in operatione ali-  
 qua, ibi nec est peccatum nec culpa, quia \*nec\* ratio mali, que consis-  
 tit formaliter in deffectu; set in sciendo malum nullus est deffectus in  
 operatione intellectus; ergo etc. Minor probatur, quia, cum obiectum  
 60 intellectus sit ens, perfectio operationis intellectus consistit in attin-  
 gendo [rem] sicut est, et idcirco in omni materia intellectus [attingens

sic] ad [rei entitatem], quod dicit esse quod est uel non esse quod non est, perfectus est in sua operatione, nec est ibi malum [neque] deffectus; in sciendo ergo malum [ut est] malum, nullum est | peccatum nec culpa, quamuis etiam de culpa possit esse specialis ratio, quia 65  
*Ma153ra* quandoque non est in potestate uel libertate nostra [scire] mala \*, | set  
*O69v* | necessario [scimus], sicut cum occurrit  $\neg$  factum homicidii uel dicitur uerbum blasphemie uel horum fantasmata obiciuntur intellectui.  
*N116ra* Obiectum autem uoluntatis est bonum \* |, [et] ideo actus eius deuians a bono defficit ab eo in quod tendere debet, propter quod est malus. 70  
*M286ra*

[A5] Secundum patet ex primo. Deffectus in operatione intelligendi est nescientia uel simplex ignorantia uel error; ergo, cum nescitur quod est scibile uel erratur in cognitione, semper est peccatum; differunt autem nescientia et error, quia nescientia dicit simplicem deffectum cognitionis, error uero

[B4] Quantum ad secundum sciendum quod in intellectu potest esse peccatum uel culpa non quidem in sciendo malum, ut dictum est, set ignorando 75 id quod possumus et debemus scire, uel non considerando quod tenemur considerare, uel errando in consideratione, ut cum approbantur falsa pro ueris. 80

dicit cognitionem approbantem  
falsa pro ueris; semper ergo ne-  
scire, siue bonum siue malum,  
et errare est peccatum in intel-  
85 lectu, set non semper est culpa,  
nisi quando nescitur uel erratur  
circa id quod scire possumus et  
tenemur; tunc enim nescire uel  
90 errare est deffectus existens in  
potestate et libertate hominis, et  
ideo est culpabilis.

Vtrum autem teneamur  
omnia scire, uidetur quod  
sic, quia intellectus noster est  
95 in potentia ad cognitionem  
omnium, sicut materia est in  
potentia respectu omnium for-  
marum, nisi quia materia non  
potest simul habere omnes for-  
100 mas propter earum repugnantiam;  
cognitiones autem omnium  
rerum non repugnant sibi circa  
intellectum, quin immo cog-  
nitio unius iuuat ad cognitionem  
105 alterius; quilibet autem tenetur  
ad acquirendum perfectionem  
sibi possibilem; ergo etc. Quod  
utique uerum est, set quia quid-  
quid scimus addiscendo uel

Cuius ratio est quia deffectus  
uoluntarius debite operationis  
uel perfectionis in operatione  
habet rationem peccati et culpe;  
set ignorantia eorum que quis  
tenetur scire et inconsideratio  
eorum que tenetur considerare  
sunt uel proueniunt ex deffectu  
uoluntario operationis debite,  
error uero est deffectus perfec-  
tionis in operatione intellectus;  
ergo hec omnia habent rationem  
culpe.



inueniendo scimus, ad hoc 110  
 autem opus est experimento et  
 tempore, tempus autem breue  
 est, experimentum uero fallax;  
 ideo numquam potest homo  
 peruenire ad cognitionem 115  
 omnium et que naturaliter sunt  
 a nobis cognoscibilia; propter  
 quod ab errore uel nescientia  
 aliquorum excusamur; tenemur  
 tamen dare operam ad omnium 120  
 cognitionem, quodam tamen  
 ordine: primo quidem ad scien-  
 dum ea sine quibus uita humana  
 recte agi non potest, sicut sunt  
 credenda et ea que pertinent ad 125  
*M286rb* | bonos mores, inter que tamen  
 aliqua pertinent ad unum que  
 non pertinent ad alium, deinde  
 uero ad cognitionem aliorum.

[A6-B5] Ad argumentum dicendum quod ratio mali potest accipi 130  
 dupliciter. Vno modo illud quo malum est malum formaliter, et hic  
 est deffectus aliquis, et sic illud est malum in quo est ratio mali. Set  
 tunc minor est falsa, scilicet quod in intellectu considerante malum  
*V206rb* 「uerius sit」 ratio mali quam in uoluntate eligente malum, | quia, ut  
 uisum est, nullus deffectus est in operatione intellectus per hoc quod 135  
 intelligit malum, 「quia」 non deuiat a uero quod est bonum et perfectio  
 eius; set in actu uoluntatis eligentis malum est deffectus, quia defficit

ab eo in quod tendere debet, ut dictum est. Alio modo potest accipi ratio mali  $\lceil$ id $\rceil$  quo malum intelligitur, sicut species lapidis  $\lceil$ dicitur  
 140 eius ratio in anima, et sic ubi | est ratio mali non oportet illud esse *O70r*  
 malum, sicut  $\lceil$ id $\rceil$  in quo est ratio lapidis non oportet esse  $\lceil$ lapidem $\rceil$ ,  
 $\lceil$ nec id in quo est species uel ratio coloris oportet esse coloratum. Et $\rceil$   
 nichilominus etiam minor est  $\lceil$ falsa. Ratio enim mali sic accepta non  
 est in intellectu | considerante | malum, quia | malum, cum sit priua- *Z92vb*  
 145 tio, non intelligitur per speciem propriam, set per speciem  $\lceil$ habitus, si *M286va*  
 tamen aliquid intelligatur per speciem in intellectu existentem. *F137ra*

## &lt;QVESTIO TERTIA

## VTRVM VOLVNTAS NATVRALITER VELIT BONVM&gt;

[A1-B1] Deinde queritur utrum uoluntas naturaliter uelit bonum. Et uidetur quod non. Nullum uoluntarium est naturale; diuiditur enim  
 5 agens naturale contra uoluntarium | in principio II Phisicorum; *D126rb*  
 set | omne uelle est uoluntarium; ergo nullum est naturale. *N116rb*

[A2-B2] Item natura non assuescit in contrarium, ut dicitur II *Ethicorum*; set homo per assuefactionem efficitur habilior ad malum uolendum; ergo non uult naturaliter bonum.

[A3-B3] In contrarium est quod dicit AMBROSIVS super illud <sup>10</sup>  
*A80va* Rom. 7: *Non quod uolo bonum, illud facio; | dicit enim quod homo*  
*subditus peccato facit quod non uult, quia naturaliter uult bonum.* Et  
 arguitur per rationem, quia peccata et defectus sunt preter naturam,  
 ut dicitur II *Physicorum*; set uelle malum est defectus quidam  
 et peccatum, ut apparet ex \*precedente questione\*; ergo uelle malum <sup>15</sup>  
 est preter naturam uoluntatis; hoc autem non esset, nisi uelle bonum  
 inesset ei naturaliter; ergo etc.

[A4-B4] Responso. Dicendum quod questio potest intelligi dupli-  
 citer. Vno modo utrum uelle bonum insit naturaliter uoluntati, hoc  
 est secundum conuenientiam nature. Alio modo utrum uelle bonum <sup>20</sup>  
 conueniat uoluntati naturaliter, hoc est modo naturali, sicut igni  
 conuenit ferri sursum naturaliter. Primo modo intelligendo ques-  
 tionem dicendum quod uoluntas uult bonum naturaliter, hoc est

secundum conuenientiam nature, quia illud per quod natura perficitur inest naturaliter \*sibi\*, idest secundum conuenientiam nature; set natura | uoluntatis perficitur in uolendo bonum et intellectus in intelligendo uerum, | ut patet ex precedente questione; ergo etc.; | et econtrario error in intellectu et uelle malum est preter naturam, immo contra naturam, idest contra conuenientiam nature intellectus et uoluntatis.

[A5-B5] Si autem questio intelligatur secundo modo, scilicet an uoluntas uelit bonum naturaliter, idest modo naturali, sic uidendum est que 「sunt」 condiciones agentis uel actionis naturalis, que uidentur esse due. Prima est quod sit a principio intra, et per hoc distinguitur naturale a uiolento, *cuius principium est totaliter extra, non conferente uim passo*, ut dicitur III *Ethicorum*. Secunda est quod principium naturale agens naturaliter agit ex necessitate quantum est de se et est determinatum ad unum et agit semper uno modo et uniformiter, sicut ignis quantum est de se semper uniformiter calefacit, et in hoc differt ab agente libere, quod potest agere uel non agere et agere sic uel aliter. Ex parte uero obiecti \*uoliti\*, considerandum est quod bonum, sub cuius ratione est uolitum quidquid est uolitum, potest considerari secundum communem rationem boni uel 「secundum」 aliquam specia-

lem eius rationem. Hiis suppositis apparet quod omnis actus uolunta-  
 tis respectu cuiuscumque uoliti habet primam condicionem actionis 45  
 naturalis, scilicet quod est a principio intra. Cuius ratio est quia non  
 minus opponitur uolento uoluntarium quam naturale, immo forte  
 magis; si ergo omne quod est totaliter ab extra est uolentum, patet  
 quod nullum uoluntarium aut naturale est a principio extra, set ab  
 intra. Vtrum autem secunda condicio actionis naturalis conueniat cui-  
 libet actui uoluntatis uel saltem alicui, dicendum quod sic respectu  
 boni propositi secundum communem rationem boni, non autem re-  
 spectu boni propositi secundum specialem | rationem. Quod patet,  
*M287ra* quia nullum peccatum potest esse in uoluntate nisi precedente aliquo  
*O71r* defectu in ratione, ut probatum fuit supra; set proposito bono secun- 55  
 dum communem rationem boni intellectui pratico nullus defectus  
*F137rb* potest esse in ratione, quia sicut intellectus | speculatiuus necessario  
 assentit primis principiis formatis in communibus terminis entis nec  
 circa ea potest decipi, ut dicitur IV *Metaphisice*, sic intellectus  
*N116va* practicus primis | principiis in operabilibus formatis in communibus 60  
 terminis boni necessario assentit nec circa ea decipitur. Et ita bono  
 proposito secundum communem rationem boni intellectui pratico,  
 nullus defectus potest esse in ratione practica nec defectus inconsi-  
 derationis nec erroris aut ignorantie; ergo nullum peccatum omnino  
 potest esse in uoluntate. Posset autem in ea esse peccatum, si ipsa 65

non necessario et determinate ferretur in bonum sic propositum, set libere posset refutare bonum sic oblatum; ergo uoluntas necessario et determinate et uniformiter fertur in bonum secundum communem rationem boni, et hec est secunda | condicio et completiua actionis *Z93ra*  
 70 naturalis; ideo etc. Respectu autem boni accepti in particulari non sic est, quia intellectus practicus non necessario assentit tali bono, set deliberat an sit bonum, sicut deliberat medicus an farmacia expediat tali infirmo. Potest | etiam circa hoc decipi iudicando bonum quod *V206va*  
 est malum | uel econuerso secundum diuersas circumstantias, et ideo *M287rb*  
 75 uoluntas non necessario et deteminate fertur in tale bonum, set potest libere refutare ipsum.

[A6-B6] Ad primum argumentum dicendum quod uoluntarium diuiditur contra naturale quoad illa respectu quorum habet uoluntas dominium sui actus, et sic diuidit *PHILOSOPHVS II PHISICORUM*  
 80 agens per artem contra agens naturale; ars enim est de factibilibus respectu quorum uoluntas est libere mouens sic uel aliter, | set respectu *D126va*  
 eorum in que necessario fertur | uoluntas uoluntarium coincidit cum *O71v*  
 naturali.

[A7-B7] Per idem patet ad secundum, quia per assuefactionem  
 85 homo non habilitatur ad uolendum malum sub ratione mali, quia bonum secundum communem rationem boni propositum necessario est uolitum, set habilitatur ad uolendum hoc uel illud malum sub aliqua particulari ratione boni, circa quam ratio decipitur.

[A8-B8] Auctoritas AMBROSII et ratio adducta ad oppositum probant quod bonum est uolitum naturaliter, idest secundum conuenientiam nature. 90

<QUESTIO QVARTA

VTRVM CONSCIENTIA PERTINEAT AD INTELLECTVM

VEL AD VOLVNTATEM>

[A1-B1] Postea queritur de conscientia. Et primo utrum pertineat ad intellectum uel ad uoluntatem. Et uidetur quod ad uoluntatem et non 5 ad intellectum, quia, si conscientia pertineret ad intellectum, tunc qui haberet de operandis maiorem scientiam haberet etiam maiorem conscientiam; hoc autem non est uerum; ergo etc.

[A2-B2] Item, si conscientia pertineret ad intellectum, uel esset potentia uel actus uel habitus; non potentia, quia potentie insunt a 10 natura, conscientia autem non; nec actus, quia non maneret in homine dormiente, quod falsum est; nec habitus, quia tunc non esset aliquid unum, cum per multos habitus dirigamur in agendis, conscientia autem ad agenda pertinet; ergo etc.

[A3-B3] In contrarium arguitur quia *conscientia secundum proprietatem nominis* | *importat ordinem scientie ad aliquid; nam conscientia* 15

*dicitur 'cum aliquo scientia'; applicatio autem scientie ad aliquid fit per actum; ergo, ut uidetur, conscientia dicit actum scientie, et ita pertinet ad intellectum non ut potentia uel habitus, set ut actus.*

- 20 [A4-B4] Responsio. Licet \*hec\* questio sit de significato nominis, in quo non esset magna uis facienda dummodo constaret de re, eo quod multi eodem nomine aliter et aliter utuntur, tamen circa eam inuenitur diuersitas opinionum.

[A5-B5] QUIDAM | enim dicunt quod per conscientiam importatur *F137va*  
 25 aliquid | pertinens ad intellectum per modum actus proprie, non per *O72r*  
 modum habitus, et hoc 「declaratur」 quadrupliciter, \*scilicet\* ex inter-  
 pretatione nominis, ex hiis que conscientie attribuuntur | \*, ex auctori- *N116vb*  
 tate Sacre Scripture et ex \*hiis que sunt in\* communi \*usu\* loquendi.

Ex interpretatione nominis sic. 'Conscientia' enim, ut iam dictum  
 30 est, dicitur quasi 'cum 「aliquo」 scientia', tunc sic: quando in diffini-  
 tione | uel descriptione uel nominis interpretatione aliquid ponitur in *A80vb*  
 abstracto et in recto non mediante aliquo obliquo, illud pertinet ad  
 essentiam diffiniti, descripti uel interpretati. Verbi gratia: sicut cum  
 dicitur *linea est longitudo sine latitudine, cuius extremitates sunt duo*  
 35 *puncta*, oportet quod linea sit essentialiter longitudo, que ponitur in



diffinitione linee in recto et in abstracto non mediante aliquo obliquo;  
*Mu153va* set non oportet quod sit latitudo, | que ponitur in diffinitione eius  
 oblique, nec quod sit extremitas uel puncta, que ponuntur in \*eius\*  
 diffinitione in recto et in abstracto, set tamen mediante obliquo, scili-  
 cet 'cuius'. Et si diceretur quod linea est longitudo terminata punctis, 40  
 non oporteret quod linea esset essentialiter terminus uel terminata,  
 quia licet ponatur in recto, tamen concretionis dicitur, non abstractiue.  
 Set predictis concurrentibus, scilicet quod aliquid ponatur in recto et  
 in abstracto et non mediante aliquo obliquo, oportet quod pertineat  
*M287vb* ad essentiam | diffiniti, descripti uel interpretati; set in interpretatione 45  
 nominis 'conscientie' ponitur scientia in abstracto et in recto non  
 mediante aliquo obliquo; dicitur enim conscientia quasi 'scientia cum  
 aliquo'; ergo scientia pertinet ad essentiam conscientie uel potius pre-  
 dicatur essentialiter de conscientia; scientia autem pertinet ad intellec-  
 tum; ergo etc. 50

[A6-B6] Secundo patet quod pertinet ad intellectum non ut habi-  
*Z93rb* tus | set ut actus ex hiis que attribuuntur conscientie. | Sunt autem  
*O72v* tria precipue que conscientie attribuuntur, scilicet testificari, accusare  
 et excusare, et obligare; testificari respectu eius quod factum est, an  
 sit factum uel non; accusare \*et\* excusare similiter respectu eius quod 55  
 factum est, an sit bene factum uel male, ad quod reducitur remor-  
 dere, quod est se reprehendere de aliquo malefacto; obligare autem

est respectu futuri ad quod implendum reputat se teneri, et ad hoc  
 reducitur instigare et inducere. Ex primo sic arguitur: testificari est  
 60 dicere ueritatem super aliquo requisito; set dicere intrinsecus, quale  
 est dicere conscientie, pertinet ad intellectum sicut et uerbum, et est  
 actus intellectus; ergo etc. Ex secundo attributo conscientie, quod est  
 accusare uel excusare, arguitur sic: accusare est referre malefactum sui  
 uel alterius; set referre est actus intellectus \*. Ex tertio attributo, quod  
 65 est obligare, patet idem, quia ex hoc quod aliquis est capax precepti et  
 ei innotescit est obligatus ad implendum | preceptum, et non | ex hoc *D126vb*  
 quod promptus est ad implendum uel non implendum. Ex hoc enim *V206vb*  
 iam dicitur quasi implere, si uelit uel paratus sit implere, uel dicitur  
 quasi transgressor, si uelit uel paratus sit transgredi; set obligatus est  
 70 simpliciter ad implendum ex hoc solo quod est capax precepti et ei  
 innotescit; hoc autem \*pertinet totum\* ad actum intellectus; ergo etc.  
 Conscientia ergo pertinet ad intellectum per modum actus, ut patet ex  
 eius attributis.

[A7-B7] Tertio \*apparet\* idem ex auctoritate Scripture. | Dicitur *M288ra*  
 75 enim *Ecc l. 7: Scit enim conscientia tua, \*quia\* tu crebro maledixisti* *F137vb*  
*aliis*; scire | autem actus est intellectus, et sic idem quod prius.

[A8-B8] Quarto | patet idem ex communi usu loquendi. Dicitur *N117ra*  
 enim: “Hoc dictat michi conscientia mea” et *Conscius ipse sibi de se* *O73r*  
*putat omnia dici* \*; dictare \*autem\* et putare ad solum intellectum  
 80 pertinent ut actus; ergo etc.

[A9-B9] ALII autem econtrario dicunt quod conscientia pertinet ad uoluntatem, aut, si \*pertineat\* ad intellectum, hoc erit ut habitus, non ut actus.

Primum declarant per primam rationem factam in arguendo. Ad quod etiam potest adduci alia ratio, que talis est: nullus agens 85 contra solum dictamen rationis tristatur, quia tristitia est de hiis que nobis nolentibus uel simpliciter uel mixte accidunt; set agens contra conscientiam agit cum quadam tristitia et cum remorsu, unde et remordere dicitur actus conscientie; ergo conscientia non pertinet solum ad dictamen rationis, set preter hoc includit aliquid pertinens 90 ad inclinationem uoluntatis.

Secundum probant, scilicet quod si conscientia pertineat ad intellectum, hoc non erit ut actus, set ut habitus, quia actus non est actus, set est potentie uel habitus; set testificari, accusare et excusare, remordere et obligare sunt actus conscientie (dicimus enim quod conscientia 95 testificatur, accusat, obligat); ergo ipsa non est actus. Ridiculum enim esset dicere quod testificari testificetur uel accusare accuset, et sic de aliis.

Item, sicut conscientia respicit particularia agenda, sic synderesis  
 100 respicit uniuersales regulas agendorum; synderesis autem nominat  
 habitum; ergo etc. Est igitur potentia uel habitus; non potentia, quia  
 non inest naturaliter; ergo est habitus.

[A10-B10] Et in hoc euacuate sunt tres ultime rationes, saltem  
 quoad hoc quod conscientia non dicit actum. Prima autem simpli-  
 105 citer nichil probat. Licet enim in uera diffinitione | id quod ponitur | *O73v*  
 in abstracto et recto non mediante aliquo obliquo pertineat ad essen- *M288rb*  
 tiam diffiniti, tamen in interpretationibus nominum nullo modo est  
 hoc dicendum; sicut enim interpretando nomen 'conscientie' dicimus  
 quod est 'scientia cum aliquo', ita interpretando nomen 'synderesis'  
 110 dicimus quod est 'electio cum aliquo' (est enim 'synderesis' Grece  
 \*'cum-electio'\* Latine), et interpretando 'consentire' dicimus quod  
 est 'cum aliquo sentire'; sicut ergo se habet scientia ad conscientiam  
 in nominis interpretatione, ita se habet electio ad synderesim et sen-  
 tire ad consentire; set electio pertinet ad uoluntatem, ad quam tamen  
 115 non pertinet synderesis, que pertinet ad intellectum secundum EOS-  
 DEM qui ponunt quod supra dictum est de conscientia; similiter sen-

tire, siue proprie siue large acceptum, pertinet ad partem cognitiuam, consentire autem non, set ad appetitiuam; ergo similiter, licet scientia pertineat ad intellectum, non 「oportet」 propter hoc quod conscientia pertineat ad eundem. 120

- Z93va* [A11-B11] \*Dicendum ergo aliter\* | quod synderesis et conscientia non sunt aliquid unum, set includit quodlibet eorum aliquid pertinens ad intellectum et aliquid pertinens ad uoluntatem, quod potest sic uideri. In intellectu enim practico, quem uoluntas supponit in actu suo, est | duplex habitus: unus primorum principiorum, quibus naturaliter assentit intellectus, ut supra dictum est; alius conclusionum deductarum ex primis principiis. Et primus quidem habitus potest dici lex naturalis, secundus autem est aliqua scientia practica. | Similiter ex parte uoluntatis | est duplex inclinabilitas: una \*est\* naturalis correspondens primo habitui intellectus practici; alia acquisita correspondens secundo habitui, qui est scientia particularis | operandorum; hiis autem inclinationibus secundum se non est nomen impositum, set aggregato ex habitu pertinente | ad intellectum et ex inclinatione uoluntatis correspondente \*impositum est nomen\*. Nam habitus naturalis intellectus practici et inclinabilitas uoluntatis correspondens dicitur synderesis; scientia autem particularium operandorum cum inclinatione uoluntatis correspondente dicitur conscientia. 135
- A81ra*
- F138ra*
- N117rb*
- Mu153vb*
- O74r*
- M288va*

Quod patet dupliciter. Primo ex | ui nominum, secundo ex condi- *D127ra*  
 cione actuum. Ex ui nominum patet, quia ‘synderesis’ Grece, quod  
 140 dicitur Latine \*‘cum-electio’\*, secundum expositionem nominis dicitur  
 ‘electio cum aliquo’ uel ‘aliquid cum electione’; electio autem ad  
 uoluntatem pertinet; illud autem ‘cum electione’ non est nisi pertinens  
 ad intellectum, qui est preuius electioni; similiter ‘conscientia’ secun-  
 dum uim nominis est ‘scientia cum aliquo’ uel ‘aliquid cum scientia’;  
 145 illud autem quod est cum scientia uel cum quo est scientia non  
 uidetur esse nisi quod pertinet ad uoluntatem; non enim potest esse  
 actus scientie, quia conscientia non esset in dormiente, nec preter ea  
 que sunt intellectus et uoluntatis potest aliquid pertinere ad rationem  
 conscientie uel synderesis; ideo etc. Oportet autem utrumque equali-  
 150 ter pertinere ad rationem synderesis uel conscientie, quia prepositio  
 talis habet uim coniunctionis | copulatiue, sicut si diceretur “superfi- *V207ra*  
 cies est longitudo cum latitudine”, idem est ac si diceretur “superficies  
 est longitudo et latitudo”, et similiter est in proposito; hoc autem proba-  
 bilitatem habet, non necessitatem, cum sumatur ex interpretatione  
 155 nominis.

Secundo patet idem ex condicione actuum qui attribuuntur  
 conscientie, quia quidam eorum pertinent ad intellectum, sicut tes-  
 tificari, quidam uero ad uoluntatem, sicut remordere, quod directe

*O74v* est tristari de aliquo malefacto; remorsus | enim non importat solam  
 cognitionem malefacti proprii, set tristitiam quamdam uel quasi punc- 160  
 tionem que ad uoluntatem pertinet; similiter instigare non pertinet ad  
*M288vb* solum intellectum, set ad uoluntatem: importat | enim quamdam incli-  
 nationem ad actum. Hec autem omnia non attribuerentur conscien-  
 tie, si ipsa pertineret solum ad intellectum uel solum ad uoluntatem;  
 pertinet ergo ad utrumque sicut habitus utriusque. Et secundum hoc 165  
 utraque predictarum opinionum uera est quoad aliquid, et illa que  
 dicit conscientiam pertinere ad intellectum, et alia que ponit eam per-  
 tinere ad uoluntatem; pertinet enim, ut dictum est, ad utrumque et  
 non precise ad alterum, nec plus probant rationes ad eas adducte.

[A12-B12] Ad primum argumentum dicendum quod, si conscien- 170  
 tia pertineret precise ad intellectum sicut habitus, tunc qui haberet  
 de operandis maiorem scientiam haberet et maiorem conscientiam;  
 set non est ita: complet enim formalem rationem conscientie inclina-  
 bilitas uoluntatis correspondens habitui rationis, que non est semper  
 maior in habente maiorem notitiam de operandis. 175

[A13-B13] Ad secundum dicendum quod conscientia dicit habi-  
 tum non unum, set plures, et ex parte intellectus, cum per plures habi-  
 tus praticos dirigamur in agendis, et ex parte uoluntatis, in qua sunt  
 plures habituales inclinationes correspondentes habitibus rationis. Et  
*N117va* si conscientia esset actus, idem | oporteret dicere, cum plures actus ei 180  
 attribuantur, ut \*predictum\* est.

[A14-B14] Ad argumentum in oppositum dicendum quod applicatio scientie importata per nomen ‘conscientie’ | non est per actum *F138rb*  
 eius, set per habitualement inclinationem uoluntatis, | per quam insti- *O75r*  
 185 gamur ad aliquid operandum. Ideo utrumque, scilicet tam habitum  
 scientie practice quam inclinationem uoluntatis, importat nomen  
 ‘conscientie’. Cum autem constet de re, scilicet quod in intellectu est  
 particularis ratio agendorum et in uoluntate est dare habitualement incli-  
 nationem correspondentem et hiis habitibus respondent proprii actus,  
 190 quidquid horum importetur per nomen | ‘conscientie’, non oportet *M289r*  
 multum curare; friuolum enim est altercari de nominibus, que ad pla-  
 citum significant, ubi constat de rebus.

## &lt;QVESTIO QVINTA

## VTRVM CONSCIENTIA ERRONEA OBLIGET&gt;

[A1-B1] Deinde queritur utrum conscientia erronea obliget. Et uide- *Z93vb*  
 tur quod non. *Secundum AVGVSTINVM preceptum inferioris potestatis non*  
 5 *obligat* quando contrariatur *precepto superioris potestatis, sicut si procon-*  
*sul iubeat aliquid quod imperator prohibet; set conscientia errans quan-*  
*doque precipit quod est contra preceptum superioris, scilicet Dei; ergo*  
*tunc non obligat.*



[A2-B2] Preterea omne peccatum mortale opponitur alicui precepto diuino: *est enim peccatum dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei*; set quod fit contra conscientiam erroneam non opponitur alicui precepto diuino, immo fit secundum legem Dei; ergo etc. 10

[A3-B3] In contrarium arguitur quia qui facit <contra conscientiam erroneam> id quod conscientia dictat secundum Deum non esse faciendum contempnit; set contemptus est grande peccatum; ergo etc. 15

[A4-B4] Ad idem est quod dicit Glossa Rom. 14 super illo uerbo *Omne quod non est ex fide peccatum est: Omne quod fit contra conscientiam edificat ad gehennam.*

[A5-B5] Responsio. Videnda sunt tria. Primo an conscientia possit errare; | secundo an contra conscientiam errantem possit aliquis <sup>O75v</sup> facere; | tertio utrum conscientia erronea liget uel obliget. <sup>D127rb</sup> 20

[A6-B6] Quantum ad primum dicendum quod conscientia errare potest. Cuius ratio est quia conscientia formatur ex assumptione alicuius particularis propositionis sub uniuersalibus regulis operandorum; propositio autem que assumitur non est per se nota, ut sunt 25 uniuersalia principia agendorum, set innotescit per fidem uel inquisitionem rationis; et ideo circa eam et circa conscientiam ex eius

assumptione formatam contingit error, uel quia fidei non assentitur  
 – *non enim omnium est fides*, ut dicitur II *Thess.* 3 –, | uel quia *M289rb*  
 30 ratio conferens et inquirens decipitur, quandoque quidem ex incon-  
 sideratione | eorum que considerata sunt, quandoque uero ex pas- *Mu154ra*  
 sione abducente iudicium rationis. Verbi gratia: lex naturalis tradit  
 uniuersale principium circa quod non contingit errare, scilicet quod  
 nichil illicitum est faciendum; hereticus autem assumit quod iuramen-  
 35 tum est illicitum pro eo quod scriptum est *Math.* 5: *Ego autem*  
*dico uobis non iurare omnino*, et ex hoc sequitur conscientia erronea,  
 scilicet quod nullo modo est iurandum; decipitur autem, quia non  
 confert illud | dictum Scripture ad alia in quibus conceditur iuramen- *A81rb*  
 tum tamquam licitum; patet ergo quod conscientia errare potest. Et  
 40 per idem patet quod synderesis errare non potest: respicit enim synde-  
 resis uniuersalia principia agendorum, circa que non contingit men-  
 tem errare, sicut nec circa prima principia in speculabilibus.

[A7-B7] Quantum ad secundum uidetur quod, si conscientia nominaret actum, impossibile esset facere contra conscientiam. Et hoc  
*O76r* patet primo si conscientia | importet actum | uoluntatis, quia impos- 45  
*V207rb* sibile est uoluntatem simul et actu ferri in opposita; set si | conscien-  
*M289va* tia [importat] actum uoluntatis, stante conscientia | uoluntas fertur  
*N117vb* in illud de quo habetur conscientia; ergo non potest ferri in opposi-  
*F138va* tum conscientia manente. Idem uidetur, dato quod conscientia nichil 50  
importet pertinens ad uoluntatem, dummodo pertineat ad | intellec-  
tum ut actus, quia uoluntas non potest in aliquid ferri, nisi ei pro-  
ponatur sub ratione boni; set stante actuali iudicio de aliquo quod  
sit bonum, impossibile est quod oppositum iudicetur bonum; ergo si  
conscientia importet actum intellectus practici iudicantis aliquid esse  
bonum, impossibile est ea stante uoluntatem ferri in oppositum. Si 55  
ergo contingat facere contra conscientiam, oportet quod conscien-  
tia dicat habitum et non actum, et sic contingit facere contra ipsam.  
Secundum enim sententiam ARISTOTELIS VII Ethicorum stante  
consideratione in actu et in particulari de aliquo agendo impossibile  
est quod uoluntas feratur in oppositum. Cum igitur conscientia re- 60  
spiciat particularia agibilia, necessarium est, si fiat contra ipsam, quod  
non dicatur consideratio secundum actum, set secundum habitum;  
tunc enim est possibile fieri contra ipsam; habens enim habitum et

non considerans secundum ipsum potest actu considerare oppositum  
 65 eius quod dictaret habitus, et per consequens potest uelle \*oppositum  
 eius\* ad quod disponit habitus.

Set nec istud | uidetur sufficiens. Primo, quia dato quod habitus *Z94ra*  
 cognituius non semper prorumpat in actum, tamen non uidetur pos-  
 sibile quod habens habitum presente obiecto non iudicet de ipso | *O76v*  
 70 secundum habitum, sicut habens habitum geometrie quod triangulus  
 habet tres angulos equales duobus rectis presente triangulo et consi-  
 deratione existente de eo an habeat tres etc. non potest non iudicare  
 secundum suum habitum, nisi sit oblitus; eodem modo licet habens  
 conscientiam de aliquo agendo, [licet] non semper consideret an illud  
 75 sit agendum, tamen quando incumbit considerare | quid sit agendum, *M289vb*  
 non uidetur possibile quin iudicet secundum suum habitum; set ad  
 faciendum contra id quod est secundum conscientiam oportet consi-  
 derare an sit faciendum, alioquin homo operaretur totaliter nesciens;  
 ergo tunc, ut uidetur, oportet quod habitus conscientie exeat in actum  
 80 et ita fiet contra actualem conscientiam uel numquam fiet contra eam.  
 Secundo, quia agens contra conscientiam agit cum quadam remor-  
 sione et renisu; hoc autem non esset nisi habitus conscientie exiret in  
 aliquem actum; ergo etc. Tertio, quia facere contra habitum erroneum  
 non exeuntem aliquo modo in actum non uidetur esse peccatum; cum  
 85 ergo facere contra conscientiam erroneam sit peccatum, ut postea  
 patebit, sequitur quod fiat contra conscientiam non solum secundum  
 habitum, set etiam secundum actum.

Ideo dicendum quod dato quod conscientia dicat solum habitum, tamen facere contra conscientiam est facere contra eam ut prorumpit in aliquem actum. Quod potest esse duobus modis: uno modo 90 per rationem erroneam, quia dictante conscientia quod aliquid non sit faciendum et quod illud facere sit malum, potest superuenire ratio errans dictans quod tale malum, licet semper sit malum ad faciendum, *O77r* tamen, quia potest corrigi in posterum | per penitentiam, contemp- *D127va* nendum est propter assecutionem alicuius | magni delectabilis, quod 95 alias non posset haberi. Alio modo propter inconsiderationem, ut cum passio absorbet iudicium conscientie precedentis, \*sicut\* dicitur VII *E t h i c o r u m* de incontinente, et tunc fit contra conscientiam non que sit pro momento contrarie electionis, set que preexistit; set culpabiliter absorpta est per passionem, et ideo imputatur ac si actu maneret. 100 \*Per hoc patet responsio ad argumenta\*.

[A8-B8] Circa tertium sciendum quod aliud est ligari, aliud obligari. | Qui enim obligatur | debet uel tenetur facere illud ad quod obligatur, nec quantum est ex parte sua aliter absoluitur ab obligatione; *N118ra* *M290ra* tale autem non potest | esse illicitum: nullus enim debet facere quod 105 *F138vb* illicitum est fieri; propter quod nulla obligatio potest esse respectu illiciti aut liciti non tamen debiti. Ligari autem dicitur moraliter qui sic

dispositus est circa aliquod agibile, quod in neutram partem potest licite declinare, ad \*similitudinem\* illius qui ligatur corporaliter nec  
 110 potest quoquam procedere; dicendum ergo quod conscientia erronea neminem obligat, ligat tamen.

Primum patet primo, quia obligatio non est de illicito aut non debito, ut dictum est. Conscientia autem erronea dictat faciendum quod illicitum est fieri aut non debitum, sicut est in indifferentibus  
 115 et in hiis que sunt supererogationis; ergo non obligat. Secundo, quia sola uera notitia de re obligationem non tollit, set magis confirmat; set uera notitia de eo quod erronea conscientia dictat tollit obligationem; | ergo obligatio nulla fuit.

*Mu154rb*

Secundum patet, scilicet quod conscientia erronea ligat ita quod in  
 120 nullam partem potest homo licite declinare. \*Vbi\* primo | distinguendum est de errore conscientie, quia aut est error imputabilis, cuius ipse errans est causa uel occasio, aut non est imputabilis, sicut error uel ignorantia circumstantie particularis, qualis fuit in Iacob respectu Lye. Si non sit imputabilis, tunc talis conscientia non ligat | modo

*O77v*

*V207va*

predicto, quia facere secundum ipsam non est malum, et ita per talem 125  
 conscientiam homo non est ligatus simpliciter, set solum secundum  
 quid; potest enim ad unam partem licite procedere. Si autem error  
 sit imputabilis, tunc per talem conscientiam homo ligatus est simpli-  
 citer, quia nec secundum ipsam potest licite facere nec contra ipsam.  
*M290rb* Cuius ratio est quia una sola condicio mala reddit | actum simplici- 130  
 ter illicitum; set in omni actu qui est secundum talem conscientiam  
 uel contra ipsam est aliqua condicio mala; ergo etc. Maior patet \*et\*  
 minor probatur. Et primo de actu qui est secundum eam. Actus enim  
 qui est secundum conscientiam erroneam uel est malus secundum se,  
 ut cum aliquis credit esse furandum ut detur pauperibus, uel est malus 135  
 quia prohibitus, ut cum alicui precipitur iurare, qui tamen non iurat  
*A81va* eo quod credit omne iuramentum esse illicitum, et ita in omni | actu  
 qui est secundum conscientiam erroneam est aliqua condicio mala de  
 se uel ex prohibitione. Hoc autem non est intelligendum de conscien-  
*Z94rb* tia errante circa indifferentia uel ea que sunt supererogationis, ut | 140  
 cum aliquis credit se teneri ad leuandum festucam uel ad uiuendum  
 caste, cum tamen ad neutrum teneatur. In talibus enim actus qui est  
*O78r* secundum | conscientiam erroneam \*nec\* est malus secundum se nec  
 prohibitus et ideo sequens conscientiam talem, licet erroneam, non  
 peccat. Generaliter autem faciens contra conscientiam peccat, quando 145  
 conscientia dictat aliquid tamquam debitum, set quando dictat solum  
 ut licitum, ut quod fornicatio sit licita, faciens contra eam non pec-

- cat, set cum dictat aliquid ut debitum, tunc peccat, non quidem in facto exteriori, quod est commensuratum legi diuine, set in uoluntate  
 150 interiore, qua intendit transgredi preceptum diuinum. | Vnde leuans *N118rb*  
 festucam in contemptum Dei peccat non ex facto, set ex intentione; et  
 omnino similiter peccat agens contra conscientiam: uult enim facere  
 contra preceptum diuinum, sub quo conscientia apprehendit aliquid  
 ut inclusum, et licet illud non sit uere inclusum sub precepto, tamen  
 155 iste uere \*contemptor est\* precepti qui credit oppositum eius quod  
 uult cadere sub precepto, sicut dictum est | de | leuante festucam in *M290va*  
 contemptum Dei, qui Deum non contempnit opere, cum opus non *F139ra*  
 sit a Deo prohibitum, set mente. Patet ergo qualiter conscientia erro-  
 nea ligat.
- 160 [A9-B9] Set potest queri: quis plus peccat, sequens conscientiam  
 erroneam uel faciens contra ipsam? Et dicendum quod hoc non potest  
 uno sermone determinari, set considerandum est qualiter est illicitum  
 id quod conscientia erronea dictat esse faciendum, quia quandoque | *D127vb*  
 est illicitum ut peccatum ueniale, sicut quando conscientia dicit esse  
 165 mentiendum propter uitam innocentis saluandam, quandoque uero  
 ut mortale, sicut quando \*aliquis\* credit esse furandum malis diui-  
 tibus ut detur bonis pauperibus. Ex parte etiam conscientie erronee  
 considerandum est quid ipsa dictet, quia quandoque dictat aliquid



078v faciendum tamquam ex precepto, utpote | quod non mentiens prop-  
 ter uitam alterius \*seruandum\* reus est homicidii, quandoque uero 170  
 dicit aliquid esse faciendum ut opus misericordie solum, utpote quod  
 furans ut det pauperibus est misericors. Et in primo casu sequens  
 conscientiam erroneam peccat solum uenialiter, set faciens contra  
 ipsam peccat mortaliter; in secundo autem econuerso. Si autem ali-  
 quid sit ex precepto faciendum uel dimittendum, conscientia autem 175  
 dictet oppositum tamquam cadens sub precepto, comparandum est  
 preceptum precepto, et secundum hoc est iudicandum. Verbi gratia: si  
 mulier errante conscientia credat quod licitum sit ei mechari ut saluet  
 sui uel uiri uitam, alioquin rea esset homicidii, plus peccat exponendo  
 se uel uirum morti quam mechando, quia maius est *Non occides* quam 180  
*Non mechaberis*; simili modo uidendum est in omnibus aliis.

[A10-B10] Ad primum argumentum dicendum quod preceptum  
 M290vb inferioris non obligat contra preceptum superioris, | quando quis  
 scit uel tenetur scire preceptum superioris; et ideo conscientia errans  
 errore imputabili non obligat contra diuinum preceptum, ligat tamen 185  
 modo quo dictum est. Set quando preceptum inferioris nescitur esse  
 contra preceptum superioris nec ignorantia talis imputatur, tunc pre-  
 ceptum inferioris obligat, et hoc modo conscientia erronea errore non  
 imputabili obligat, sicut dicitur fuisse de Iacob cum Lya; nec ipsa

190 tamen obligat secundum se, set ratione diuini precepti sub quo aliquid apprehendit.

[A11-B11] Ad secundum dicendum quod illud quod fit contra conscientiam erroneam opponitur alicui precepto diuino non quoad factum, set quoad animum facientis, qui apprehendit id quod  
195 conscientia dictat sub ratione alicuius precepti diuini.

[A12-B12] Argumenta in oppositum solum probant quod conscientia erronea ligat sic quod faciens contra ipsam peccat, quod concedimus.

<DISTINCTIO QVADRAGESIMA

QVESTIO PRIMA

VTRVM BONVM ET MALVM SINT DIFFERENTIE PER SE ET ESSENTIALES  
ACTVS MORALIS>

[A1-B1] *Post hec de actibus adiciendum uidetur* 「etc.」 Circa distinc- 5  
tionem istam primo queritur utrum

bonum et malum sint differentie per se et essentielles actus  
moralis. Et uidetur quod sic. Secundum differentiam habi-  
tuum est et differentia actuum, quia similes habitus | produ-  
cunt similes actus, ut dicitur II E t h i c o r u m ; set bonum et  
malum sunt differentie essentielles habituum; ergo etc. Maior  
patet, set minor probatur, quia illud est essentialis differentia rei  
quod ponitur in eius diffinitione; set bonum ponitur in diffini-  
tione habitus uirtuosi dicente AVGVSTINO quod *uirtus est bona  
qualitas mentis*, et per eandem rationem malum ponitur in dif-  
finitione habitus uitiosi; ergo bonum et malum sunt per se et  
essenciales differentie habituum, quare et actuum.

V207vb

deest B

10

15

[A2] Item illud quod conuenit alicui secundum suum  
genus est ei essenziale; set bonum et malum conueniunt ali-  
quibus actionibus secundum suum genus; nam alique actiones

20

dicuntur bone ex suo genere, ut reficere pauperem, alique uero dicuntur male ex suo genere, ut furari; ergo bonum et malum conueniunt eis essentialiter non nisi ut differentie; ergo etc.

[A3] Item secundum specificam differentiam formarum  
 25 agentis differunt specie actiones ab illis formis procedentes, etiamsi agens sit unum tantum, ut patet in calce, que secundum quod calida calefacit et secundum quod alba disgregat; et differunt hee actiones secundum differentiam formarum a quibus principiantur; set finis est forma uel formale obiectum uoluntatis; ergo secundum differentiam finis differunt actus uoluntatis; bonum autem et malum sumuntur per comparationem ad finem; ergo actus uoluntatis differunt per se et essentialiter secundum bonum et malum; actus autem uoluntatis sunt per se in genere moris; alii autem actus sunt in genere moris quatinus  
 30 uoliti; ergo bonum et malum sunt per se et essentialiter differentie actuum moralium in quantum morales sunt.

[A4] In contrarium arguitur quod differentia constitutua rei per se et essentialiter clauditur in eius intellectu nec aliquo modo separari potest; set bonum et malum non clauduntur ex  
 40 necessitate in intellectu actionis moralis, immo separari possunt per intellectum: possum enim considerare quod rex uelit capere castrum uel quod Sortes uult occidere suum inimicum, uel aliquid huiusmodi, nichil omnino considerando | de bonitate uel malitia sue uolitionis; quare etc.

[A5] Responso. Supponendum est in questione ista quid sit actus moralis et in quo consistit eius bonitas uel malitia. Est enim actus moralis actus imputabilis facienti; talis autem actus est solum ille qui est in potestate agentis et quia per uoluntatem sumus domini nostrorum actuum, ideo solus actus uoluntatis  
 50 per se et essentialiter dicitur moralis, alii autem non, nisi quatinus per uoluntatem habemus eorum dominium, ut dictum fuit supra | dist. 35 art. 3. Bonitas autem et malitia moralis consi-

*deest B**D128ra**A81vb*

stunt in conformitate uoluntatis uel eius difformitate ad rectam rationem, ut probatum fuit 38 art. 1.

[A6] Quibus suppositis dicendum quod bonum et malum non sunt per se et essentielles differentie actus moralis. Quod patet dupliciter. Primo sic: illud quod est habitudo uel proprietas supponens rem in esse specifico constitutam non potest esse differentia per se constituens eam; set bonitas et malitia sunt habitudines uel proprietates supponentes actum moralem in esse morali constitutum specificice; ergo non sunt differentie constituentes actum moralem. Maior apparet de se. Licet enim differentie diuisiue generis et constitutiue speciei supponant rem constitutam in esse generis, contradictionem tamen implicat dicere quod constitutiue differentie speciei supponant rem iam in specie constitutam. Minor probatur ex ipsa ratione bonitatis et malitie moralis, que est ratio conuenientie uel disconuenientie ad rectam rationem sic: habitudo conuenientie actus uoluntatis ad actum rationis, cum non sit absoluta set relatiua, supponit suum subiectum et suum fundamentum, sicut et quelibet relatio exceptis diuinis que supposita constituunt; set subiectum conuenientie istius est actus uoluntatis, fundamentum autem eius est obiectum uel ipsemet actus ut fertur in obiectum, ut plene probatum fuit supra dist. 38; ergo huic conuenientie uel bonitati supponitur actus uoluntatis ut fertur in tale obiectum; actus autem sic acceptus respectu certi et determinati obiecti est actus secundum suum esse specificum consideratus; ergo etc.

Secundo sic: sicut se habet bonitas naturalis ad actum nature, sic bonitas moralis ad actum moralem; set bonum et malum in actibus nature non sunt eorum differentie essentielles et per se;

*deest B*

55

60

65

70

75

80

ergo nec in actibus moralibus. Maior patet, quia consimilis ratio boni et mali inuenitur in naturalibus et uoluntariis siue moralibus, scilicet ratio conuenientis uel disconuenientis; sicut etiam  
 85 bonum et malum sunt obiectum uoluntatis, que est principium actuum moralium, sic sunt obiectum appetitus naturalis, qui est principium actuum naturalium. Verum est quod bonum et malum speciali modo sunt in habentibus electionem secundum PHILOSOPHV M, set hoc est quoad hoc solum quod sunt impu-  
 90 tabilia propter hoc quod actus liberi arbitrii, cui insunt, sunt in potestate nostra, non autem actus naturales, et ideo secundum eos dicimur boni uel mali, non autem secundum actus naturales; set ex hoc non se habent essentialius bonum et malum ad actus morales quam ad naturales. Et sic patet maior. Minor  
 95 autem ab omnibus conceditur. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod bonum et malum non sunt per se et essentielles differentie actuum moralium. De malo autem est specialis ratio, set illa tangetur in solutione tertii argumenti.

[A7] Ad primum argumentum, cum dicitur | quod secundum differentiam habituum est differentia actuum, uerum est  
 100 quantum ad modum actus, non autem quantum ad essentiam actus; habitus enim ponit modum circa potentiam et circa actum, quorum utrumque supponit quantum ad id quod sunt; est enim habitus non quo possumus, quia iam esset potentia,  
 105 set quo sic uel sic, bene uel male possumus, ut dicitur in fine I Ethicorum; et in V Metaphisice dicitur quod habitus est quo quis bene uel male disponitur; quod ergo est essenziale

deest B

V208ra

habitu accedit tam potentie quam actui quoad essentiam actus sicut et ipse habitus; propter quod esto quod bonum et malum essent essentielles differentie habituum, qui non sunt aliud quam quedam aptitudinales conuenientie uel disconuenientie appetitus cum ratione, que conuenientia uel disconuenientia est ipsa bonitas uel malitia, tamen non propter hoc essent per se et essentielles differentie actuum quoad essentias eorum.

[A8] Ad secundum dicendum quod cum dicitur actio bona uel mala ex genere, non accipitur ibi genus pro genere predicamentali, quod pertinet ad essentiam rei, set pro genere subiecto, large accipiendo etiam subiectum pro obiecto, ratione cuius actio dicitur bona uel mala, inquantum secundum obiectum, quod ad essentiam actionis non pertinet, actio | conuenit uel disconuenit a ratione.

*D128rb*

[A9] Ad tertium, cum dicitur quod secundum specificam differentiam formarum agentis etc., dicendum quod hic sunt multi deffectus. Primus est quia ratio supponit quod obiectum uoluntatis causet effectiue et per se actum uoluntatis, quod non puto, et licet probatum fuerit hoc supra dist. 3 in suo simili, scilicet de actu intellectus, quod non causetur ab obiecto, alibi tamen probabitur idem de obiecto et actu uoluntatis.

Secundus deffectus est quia dato quod obiectum moueret per se uoluntatem ad actum uolendi, tamen non propter hoc sequeretur, si bonum et malum sunt per se differentie obiecti, quod sint per se differentie actuum uoluntatis. Cuius ratio est quia cause et effectus non necessario differunt similibus differentiis, nisi effectus sint uniuoci cum suis causis; constat autem quod

*deest B*

110

115

120

125

130

135 obiectum non est causa uniuoca cum actu uoluntatis; ergo non oportet quod bonum et malum sint differentie per se actuum uoluntatis, dato quod sint differentie obiecti uoluntatis.

Tertio defficit ratio specialiter in altero membro, scilicet in malo, quia illud quod numquam est agenti ratio ut agat non  
140 imponit formam uel formalem differentiam effectui; set malum inquantum huiusmodi numquam est obiecto ratio mouendi uoluntatem ad prosequendum, set solum ad fugam; ergo nullus actus uoluntatis saltem prosecutiuus formaliter et per se dicitur malus ex malitia obiecti sicut a causa per se hoc efficiente.

145 Quod dico pro tanto, quia disconuenientia actus uoluntatis a ratione, que disconuenientia est eius malitia, attenditur secundum obiectum, ut dictum fuit dist. 38; set hanc disconuenientiam non facit obiectum, set illud quod mouet potentiam in obiectum, quidquid illud sit, et si obiectum faceret malum,  
150 tamen ut malum numquam hoc faceret, ut dictum est.

Item, sicut arguitur communiter, omnis differentia constitutiuia per se alicuius positiui est positiuia; set actus moralis est aliquid positium, malum autem inquantum malum non est aliquid positium; ergo malum non est differentia constitutiuia  
155 alicuius actus moralis. Et si dicatur quod malum inquantum dicit solam priuationem non est differentia, set inquantum fundatur in aliquo positiuo, quod est obiectum uoluntatis, et sic malum opponitur bono non ut priuatiuum set ut contrarium, istud non sufficit, quia si malum ratione qua malum, que est  
160 ratio priuatiua, non est differentia constitutiuia, set ratione fundamenti, secundum quod est aliquid positium, igitur actus

*deest B*



uoluntatis, licet per se possit dici fornicarius uel aliquid tale ratione positiui in quod per se fertur, numquam tamen per se potest dici malus, quia malum in quantum malum dicit solam priuationem.

deest B

165

<QVESTIO SECVNDA  
VTRVM ALIQUA ACTIO  
POSSIT ESSE INDIFFERENS>

[A1] Secundo queritur utrum

deest B

[A1-B1] aliqua actio possit esse indifferens, ita quod nec sit bona nec  
 mala. | Et uidetur quod sic, quia nulla | species est que sub se non  
 O79r contineat uel continere possit aliquod indiuiduum; set aliquis actus  
 Mu154va est indifferens secundum suam speciem, | ut leuare festucam; et beatus  
 A82ra AVGVSTINVS dicit in libro De sermone Domini in monte  
 quod *sunt facta media que possunt bono et malo animo fieri, de quibus  
 temerarium est iudicare*; ergo sub hiis speciebus poterit inueniri aliquis  
 actus indiuidualis indifferens.

[A2-B2] Item, sicut opponitur bonum malo, sic meritum demerito; set inuenitur actus qui nec est meritorius nec demeritorius, sicut cum infidelis ex naturali pietate dat elemosynam pauperi; ergo erit aliquis actus neque bonus neque malus, set indifferens.

[A3-B3] Ad idem est quod dicitur in *Predicamentis* quod bonum | et malum sunt contraria mediata; ergo non est \*necesse\* alterum eorum cuilibet actui | inesse. *M291ra*  
*N118va*

20 [A4-B4] In contrarium est quia nullum uerbum potest esse indifferens quin sit bonum uel malum; ergo nullum factum. Consequentia *F139rb*  
 「patet」 per simile. Probatio antecedentis: omne uerbum aut natum est ordinari in bonum finem et ordinatur, et tunc est bonum, aut non est natum ordinari, et tunc est secundum se malum, aut natum est ordi-  
 25 nari, non | tamen ordinatur, et tunc est otiosum et | per consequens *V208rb*  
*Z94va*  
 malum, ut apparet ex eo quod dicitur *Matth. 12*, quod de omni uerbo otioso *quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicii*; ergo nullum uerbum est indifferens, quare nec factum.

[A5-B5] Item priuatiue opposita sic se habent circa subiectum  
 30 aptum natum quod alterum eorum inest ex necessitate; set bonum et malum opponuntur priuatiue, ut uisum fuit supra *dist. 34*; | actus *O79v*  
*D128va*  
 | autem moralis susceptiuus est bonitatis et malitie; ergo omni actui morali necesse est alterum inesse.

[A6-B6] Responsio. Duo inquirenda sunt. Primum est utrum ali-  
 35 quis actus sit indifferens, ita quod nec sit bonus nec malus bonitate uel

malitia morali, quam considerat philosophus. Secundum erit utrum aliquis sit indifferens, ita quod nec sit bonus nec malus bonitate uel malitia meriti uel demeriti uite eterne, quam considerat theologus.

[A7-B7] Quantum ad primum sciendum est quod de actu morali contingit loqui dupliciter, scilicet secundum rationem quam sortitur ex solo obiecto absque circumstantiis, uel secundum rationem quam sortitur ex obiecto cum omnibus circumstantiis finis, loci et temporis et huiusmodi. Et prima quidem consideratio actus moralis respectu secunde est generalis uel uniuersalis, quam QUIDAM uocant considerationem actus secundum speciem; secunda autem consideratio respectu prime est particularis uel singularis, que potest dici consideratio actus secundum indiuiduum | et actualement existentiam que est cuiuslibet rei secundum esse singulare et omnibus circumstantiis suis.

[A8-B8] Primo modo contingit dare actum indifferentem qui nec est bonus nec malus. Quod patet sic:

ille actus nec est bonus nec malus qui non includit aliquid consonum aut dissonum rationi; set multi actus sunt qui considerati solum secundum rationem quam sortiuntur ex obiecto suo non includunt aliquid consonum aut dissonum rationi; ergo tales actus secundum rationem sui obiecti non sunt boni uel mali set indifferentes. Maior patet ex hoc quod bonitas uel malitia actus moralis consistit in conformitate uel diffor-

50

deest B

55

mitate ad rationem, ut patuit supra dist. 38. Minor declaratur. Sunt enim aliqui actus qui secundum rationem sui obiecti  
 60 includunt aliquid consonum rationi, sicut reuereri Deum, alii qui includunt aliquid dissonum rationi, ut odire Deum uel exhonore patrem, alii qui neutrum includunt, sicut leuare festucam. Primi sunt boni, secundi mali, tertii uero nec boni nec mali quantum est ex ratione sui obiecti.

65 Set contra rationem istam arguitur sic: malum opponitur bono priuatiue non contrarie; ergo ad hoc quod actus sit malus sufficit quod careat conformitate ad rationem in qua consistit bonitas actus, nec oportet quod includat difformitatem contrariam. Propter quod maior propositio precedentis rationis uide-  
 70 tur falsa, scilicet quod actus ille non sit bonus nec malus qui non includit aliquid consonum aut dissonum rationi, quia ex hoc solo uidetur actus esse malus quod non includit aliquid consonum rationi, dato quod nichil dissonum includat. Et dicendum quod, cum malum consistat in priuatione non  
 75 quacumque, set in priuatione boni debiti in esse, numquam est actus malus ex hoc quod caret conformitate ad rationem, nisi careat conformitate debita; ubi autem ratio non potest esse recta, impossibile est quod actus interioris uoluntatis uel exterioris operis debeat recte rationi conformari, alioquin deberet  
 80 conformari ei quod esse non potest, quod est absurdum; sic autem est in proposito, quia circa tales actus, de quibus loquimur, acceptos precise secundum rationem sui obiecti ratio non potest habere rectitudinem.

Ille actus nec est bonus nec malus circa quem ratio non potest esse  
 85 magis recta in affirmando quam 「in」 negando; set leuare festucam, quantum est \*ex ratione quam sortitur actus\* precise ex obiecto, est

huiusmodi, quia ratio neque affirmando quod leuanda est, neque negando leuandam esse, magis recta est,

quia nulla lex magis dicit unum ergo actus de se nec est bonus  
quam alterum; ratio autem nec malus. Maior patet, 90  
semper habet rectitudinem ex  
conformitate ad aliquam legem;  
ergo etc. Minor iam patet. Pro-  
batio maioris,

quia prosecutio et fuga actus \* quoad bonitatem \* correspondent 95  
*O80r* affirmationi et negationi rationis practice quoad «rectitudinem | et  
ueritatem»; et ideo ubi est ratio eque indifferens quoad ueritatem et  
\*falsum\* in affirmando et negando, ibi est actus indifferens quoad  
malitiam et bonitatem in prosequendo et fugiendo;

ideo etc. Minor probatur, quia 100

*D128vb* rectitudo \*enim\* rationis consistit in conformitate ad aliquam legem  
naturalem uel diuinam | uel ex hiis deriuatam; circa tales autem actus,  
ut leuare festucam «et» huiusmodi, nulla lex aliquid determinat, nec  
diuina nec naturalis nec ex hiis deriuata; ergo circa eos sic acceptos  
ratio non potest habere aliquam rectitudinem 105

et per consequens impossibile uel obliquitatem magis in affir-  
est quod ei debeat aliquis actus mando quam in negando. Et  
conformari; carentia ergo talis hec fuit minor. Sequitur ergo  
conformitatis, cum non sit debi- conclusio.

ta, non sufficit ad rationem mali, 110  
sicut assumebatur in contra  
arguendo; uera est ergo maior

propositio sic intellecta, ut dictum est, quod ille actus nec est  
 115 bonus nec malus qui non includit aliquid consonum aut dissonum rationi recte, ex eo quod ratio circa tales actus sic consideratos nullam potest habere rectitudinem; si enim ratio circa eos  
 120 haberet aliquam rectitudinem recte ad malitiam actus, sufficeret carentia conformitatis ad talem rationem; set non est sic  
 125 in proposito; patet ergo quod multi sunt actus qui sunt indifferentes, si considerantur secundum rationem quam sortiuntur ex solo obiecto.

130 [A9-B9] Si autem considerentur secundum rationem quam sortiuntur non solum ex obiecto, set ex omnibus circumstantiis loci, temporis et finis, que est consideratio eius | secundum indiuiduum *V208va*  
 et actualement | eius existentiam, distinguendum est, quia talis actus *F139va*  
 aut procedit ex sola ymaginatione, ut confricatio barbe, aut sequitur  
 135 rationem deliberantem.

[A10-B11] Si \* procedat ex sola ymaginatione, sic dicunt QUIDAM quod talis actus est indifferens. Cuius ratio est quia actus qui est extra genus moris non est susceptivus bonitatis aut malitie moralis, quia bonitas supponit entitatem et talis talem; set actus qui procedit ex | *M291vb*

*A82rb* sola ymaginatione, ut confricatio | barbe, est extra genus moris, cum 140  
 actus habeat quod sit moralis ex hoc quod aliququaliter a ratione deduci-  
 tur mediate uel immediate; ergo talis actus nec est bonus nec  $\neg$  malus  
 set indifferentens.

[A11-B10] Si \*autem\* sequatur rationem deliberantem, sic impos-  
 sibile est aliquem actum esse indifferentem, set necessario quilibet 145  
*M291va* est bonus uel malus \*. Cuius ratio est \* quia ratio deliberans, | sicut  
 in deliberando procedit ex fine ad consiliandum de hiis que sunt ad  
 finem, sic imperando executionem eius quod deliberatum est ordinat  
 actum imperatum ad aliquem finem. Ex hoc sic arguitur: omnis actus  
 imperatus a ratione \*aut\* ordinatur ad finem debitum uel non; si ordi- 150  
 natur, iam non est indifferentens, set sortitur bonitatem ex fine; si \*non  
 ordinatur\*, malus est, quia repugnat rationi recte, cuius est ordinare in  
 debitum finem; ergo etc.

*deest A* | Nec potest dici quod | ordinetur ad finem indifferentem, quia  
*O80v* | impossibile est rationem boni non includi in ratione finis; 155  
 propter quod oportet finem esse uel uerum bonum uel appa-  
 rens bonum, et primo modo actus est bonus, secundo modo  
 malus.  
 Secunda ratio talis est: si esset aliquis actus indifferentens, opor-  
 teret dare habitum indifferentem; consequens est falsum; ergo 160  
 et antecedens. Falsitas consequentis patet, quia habitus deter-  
 minat potentiam; nam, ut dicitur II *E t h i c o r u m*, potentia

*deest A*

165

est qua possumus, habitus autem quo bene uel male possumus, et V *M e t a p h i s i c e* dicitur quod habitus est quo quis bene uel male disponitur ad se uel ad alterum; igitur per habitum potentia | determinatur ad bene et ad male; nullus ergo habitus potest esse indifferens. Consequentia probatur, quia ex actibus generantur habitus; sicut ergo ex actibus | bonis frequentatis generatur bonus habitus et ex malis malus, sic ex indifferentibus, si essent, generaretur indifferens, quod est inconueniens. *Mu154vb* *Z94vb*

170

[A12-B12] Set contra *\*ista\** instatur *\*et specialiter contra primum\**, quia ubi inuenitur dominium rationis et uoluntatis, ibi inuenitur genus moris; set dominium rationis et uoluntatis inuenitur non | solum in actibus qui sequuntur rationem deliberantem, set etiam *in* illis] qui precedunt, *quatinus*] a ratione preueniri potuerunt, ut dictum fuit supra dist. 24, alioquin in sensualitate nullum posset esse peccatum; ergo actus procedentes *\*ex\** sola ymaginatione pertinent ad genus moris, quia subsunt | imperio rationis, inquantum ab ea possunt preueniri, licet non sint preuenti, et *per* consequens sunt susceptiui bonitatis et malitie moralis, cuius oppositum assumebatur pro fundamento; *O81r* *N119ra*

180



*F139vb* ergo male. Et confirmatur, quia peccatum omissionis uere incurritur nulla deliberatione precedente talem omissionem, ut patuit supra dist. 35; ergo similiter peccatum commissionis potest incurri in actu quem non precedit aliqua deliberatio nec aliquo modo a ratione deducitur, set solum ex imaginatione.

Item, si omnis actus qui procedit ex sola imaginatione sit extra genus moris nec sit susceptius bonitatis uel malitie moralis, tunc nullus actus, quantumcumque malus ex genere uel circumstantiis, ut percutere patrem, si fieret ex sola imaginatione, imputaretur homini ad culpam; hoc autem falsum est: leges enim tales iuste puniunt; ergo actus qui fit ex sola imaginatione non est totaliter extra genus moris quin sit susceptius bonitatis et malitie moralis. Quod utique uerum est.

*M292ra* Nec precedens ratio sufficienter

Et ad hoc potest dici quod aliqui actus procedentes | ab imaginatione et preuenientes deliberationem rationis sunt tales circa 185 quos ratio debet esse peruigil ne insurgant et potest quemlibet in speciali preuenire ne insurgat; et tales sunt actus appetitus sensitiui circa materiam peccati mortalis, et respectu talium actuum, quantumcumque deliberationem preueniant, potest esse negligens ratio in reprimendo et peccare saltem uenialiter, et de hiis procedit ratio, 195 scilicet quod sunt aliquo modo in genere moris nec sunt indifferentes. Alii sunt actus circa quos ratio nullo modo tenetur 200 esse peruigil, quia obiecta eorum non sunt materia alicuius peccati mortalis uel uenialis, ut leuare festucam uel fricare barbam; et quantumcumque esset peruigil, 205 forte non posset reprimere quin subito in tales actus prorumperetur ex imaginatione; | et tales

210 probat quod actus qui ex genere  
 suo est indifferens, si fiat ex sola  
 imaginatione, remaneat adhuc  
 indifferens; clarum est enim  
 quod quandoque non manet  
 indifferens | et uestitur circum-  
 215 stantia mala loci aut tempo-  
 ris que imputatur, sicut ipse-  
 met actus, si ex genere suo esset  
 malus, imputaretur ad culpam  
 quantumcumque fieret ex subi-  
 220 ta imaginatione. Set numquid  
 inuenitur quandoque quod talis  
 actus sit indifferens? Potest pro-  
 babiliter dici quod non, immo  
 225 omnis talis actus semper est  
 malus. Quod patet sic: omnis  
 actus qui caret aliqua perfec-  
 tione sibi debita est malus; set  
 omnis actus in potestate hominis  
 existens, si fiat ex sola imagina-  
 230 tione, caret aliqua perfectione  
 sibi debita; ergo omnis talis actus  
 est malus. Maior patet ex ipsa  
 ratione mali que est carentia per-  
 fectionis debite. Minor proba-  
 235 tur, quia illud est debitum circa  
 actum ex cuius omissione sem-  
 per imminet periculum delin-  
 quendi; set ex omissione delibe-  
 rationis circa actus existentes in  
 240 potestate nostra semper imminet  
 periculum delinquendi, quia

actus ut sic preuenientes, quos  
 non tenetur preuenire ratio, sunt  
 pure extra genus moris et indif-  
 ferentes ad bonum et malum, de  
 quibus intelligenda est supradic-  
 ta opinio. Et sic patet primum *D129ra*  
 principale.

cum omittitur penitus delibera-  
 tio, in nullo discernitur de actu  
 an sit bonus uel malus uel indif-  
 ferens. Propter quod equaliter 245  
 acceptatur omnis actus qui ima-  
 ginationi offertur, nec respuitur  
 magis malus quam bonus, immo  
 frequentius acceptatur malus  
 quam bonus propter pronitatem 250  
 corruptionis humane ad mala;  
 ergo omittens deliberare semper  
 incurrit periculum delinquendi;  
 ergo debitum est omni actui qui  
 est in potestate hominis quod 255  
 fiat preuia deliberatione ratio-  
 nis. Et hec fuit minor principalis  
 rationis. Sequitur ergo conclu-  
 sio quod omnis actus qui est in  
 potestate hominis est malus, si  
 fiat ex sola imaginatione | nulla 260  
 deliberatione uel iudicio rationis  
 preuio. Verum est quod in qui-  
 busdam sufficit preuium iudi-  
 cium rationis quasi subitum pro  
 eo quod frequenter et passim 265  
 occurrerunt et pluries de eis ratio  
 iudicauit. Sic igitur patet pri-  
 mus articulus questionis, scilicet  
 utrum omnis actus sit bonus uel 270  
 malus bonitate et malitia morali,  
 quam considerat philosophus.

[A13-B13] \*Modo restat\* secundum, \* an aliquis actus sit indiffe-  
 rens, ita quod nec sit bonus nec malus bonitate uel malitia meriti \*et\*

275 demeriti uite | eterne, quam considerat theologus. \*Et dicunt QUIDAM\* 081v  
 quod in habente gratiam nullus actus \*est\* a deliberatione procedens  
 \*quin sit\* meritorius uel demeritorius; set in non habente gratiam  
 potest esse aliquis actus deliberatus qui \*nec\* est meritorius uite eterne  
 nec demeritorius. \*Et\* ratio \*eorum est\* talis: in priuatiuis non inue-  
 280 nitur medium, nisi secundum quod subiectum non est susceptiuum  
 habitus \*, sicut lapis, qui \*uisionis susceptius non est\*, non dicitur  
 cecus uel uidens; nunc est ita quod actus humanus non est susceptiuus  
 efficacie merendi nisi in habente gratiam, \*ut de se patet\*, eo quod  
 285 niri actus *indifferens ad meritum et demeritum; set in habente gratiam*  
*oportet* [uel] *meritorium esse uel demeritorium, quia, si est malus, erit*  
*demeritorius, si bonus, erit meritorius, quia, cum caritas imperet omni-*  
*bus uirtutibus, quidquid ordinatur in finem alicuius uirtutis ordinatur*  
*in finem caritatis; cum ergo omnis actus bonus moraliter ordinetur in*  
 290 *finem alicuius uirtutis, patet* quod [ordinatur] *in finem caritatis, et*  
*ita est meritorius; unde comedere et bibere, seruato modo temperantie, et*  
*ludere ad recreationem, seruato modo eutrapelie, sunt actus meritorii*  
 in habente gratiam.

[A14] Set contra hoc opponi-  
*Z95ra* tur primo, quia subiectum quod  
 non est susceptiuum habitus  
*M292rb* non est susceptiuum priuationis;  
 eque enim impossibile est lapi-  
 dem esse cecum sicut uidentem;  
 set in non habente gratiam actus  
 non est susceptiuus efficacie  
 merendi, ut dicunt; ergo non est  
 susceptiuus demeriti. Hoc autem  
 est falsum. Carens enim gratia  
 demeretur mechando, peieran-  
 do et huiusmodi faciendo; ergo  
 aut proprium subiectum meriti  
 non est actus hominis habentis  
 gratiam, aut meritum et demer-  
 ritum non opponuntur priua-  
*O82r* tiue, in quo tamen uis rationis  
*N119rb* fundatur. Et primum quidem  
 non potest dici, scilicet quod  
 proprium subiectum meriti non  
 sit actus hominis habentis gra-  
 tiam, nisi incidamus in heresim  
 Pelagianam; relinquitur ergo

*F140ra*

[B14] In hoc autem dicto  
 est | aliquid satis clarum et ali- 295  
 quid dubium. Satis clarum est  
 | quod in habente gratiam et  
 non habente omnis actus malus  
 a deliberatione procedens est  
 demeritorius. Quod autem 300  
 omnis actus bonus moraliter in  
 habente gratiam sit meritorius,  
 non est ita clarum, immo posset  
 probabiliter alicui uideri contra-  
 rium, quia circumstantia que 305  
 est solum actum concomitans  
 et non informans nullam boni-  
 tatem uel malitiam ponit circa  
 ipsum, sicut patet tam in malis  
 quam in bonis. In malis, quia 310  
 infidelitas non ponit | aliquam  
 malitiam circa actum | mora-  
 lem, nisi quando actus aliquo  
 modo ex infidelitate procedit;  
 tunc enim est condicio infor- 315  
 mans et non solum concomi-  
 tans; set in aliis, puta in eo quod  
 est dare eleemosynam ex naturali  
 pietate uel | honorare parentes  
 ex naturali equitate, respectu 320

secundum, scilicet quod meri-  
 tum et demeritum non oppo-  
 nantur priuatiue, quod utique  
 uerum est, set potius opponun-  
 325 tur | contrarie uel disparate.  
 Quod patet ex propriis ratio-  
 nibus EORUM. Mereri enim est  
 fieri dignum premio, demereri  
 autem non est solum carere hac  
 330 dignitate: seruans enim uirgini-  
 tatem propter Deum dignus est  
 aureola et eam meretur, carens  
 autem hac dignitate non demeretur  
 dicente APOSTOLO I C O R.  
 335 7: *Mulier, si nubat, non peccat;*  
 set demereri est fieri dignum  
 pena, ita quod tam ratio meriti  
 quam demeriti est positua, sci-  
 licet fieri dignum hoc uel illo,  
 340 pena uel premio; hoc autem non  
 conuenit priuatiue oppositis;  
 ergo meritum et demeritum non  
 opponuntur priuatiue, et per  
 consequens non est necesse quod  
 345 alterum insit omni actu hominis  
 habentis gratiam.

quorum infidelitas est solum  
 condicio concomitans, nullam  
 ponit deformitatem. Simili-  
 ter est in bonis, immo fortiori  
 ratione, quia facilius contrahit *D129rb*  
 actus deformitatem quam recti-  
 tudinem et facilius est defficere  
 quam recte agere. Nunc est ita,  
 quod caritas uel gratia frequenter  
 est circumstantia solum conco-  
 mitans bonum actum mora-  
 lem et nullo modo informans,  
 sicut cum aliquis solo dictamine  
 rationis naturalis ductus reddit  
 alteri quod suum est, non prop-  
 ter Deum aut uitam eternam;  
 ergo gratia uel caritas non ponit  
 in tali actu aliquam bonitatem  
 preter bonitatem moralem sim-  
 plicem; non est ergo talis actus  
 meritorius uel demeritorius,  
 cum sit bonus; ergo est indiffe-  
 rens. Et in hoc uidetur impediri  
 ratio precedens, quia

Quod autem secundo dicitur  
 – quod immo, quia in habente  
 gratiam actus deliberatus, si sit  
 malus, est demeritorius, si autem  
 sit bonus moraliter, est merito- 350  
 rius; necesse est autem quod aut  
 sit bonus moraliter aut malus,  
 ut patet ex primo articulo que-  
 stionis; ergo necesse est quod in 355  
 habente gratiam omnis actus sit  
 meritorius uel demeritorius –,  
 dicendum quod re uera omnis  
 actus malus a deliberatione pro-  
 cedens est demeritorius, tam in 360  
 habente gratiam quam in non  
 habente; quod autem omnis  
 actus bonus moraliter sit merito-  
 rius in habente gratiam non pro-  
 batur sufficienter; 365  
 licet \*enim\* caritas possit imperare omnibus uirtutibus et earum actus  
*Mu155ra* ad finem | caritatis ordinare, non oportet tamen quod semper ordinet,  
 set contingit habentem gratiam \*facere opus uirtutis moralis, \*puta  
 dare elemosynam pauperi ex naturali pietate, honorare parentes ex  
*M292va* naturali equitate\*, absque hoc quod \*ista\* referat in | finem carita- 370  
 tis; actus autem non est meritorius ex \*eo\* quod \*ordinari potest\*  
 in finem caritatis, set ex hoc quod ordinatur \*, quod non semper fit,  
 ut statim dictum est; ergo contingit habentem caritatem facere opus  
 bonum moraliter, quod tamen non est meritorium

- 375 Constat autem quod non est demeritorium ex quo est bonum; ergo non est necesse omnem actum hominis habentis caritatem esse meritorium uel  
 380 demeritorium. nec demeritorium; quare etc. Et ad hoc respondetur dupliciter: uno modo quod actus bonus moraliter in | habente gratiam, si *O82v* ordinatur ad finem caritatis, est bonus et meritorius; si non ordinatur, est malus et demeritorius, quia cum natus sit ordinari, si non ordinatur, est otiosus; actus autem otiosus malus est
- 385 Set dices adhuc quod immo, quia actus uirtutis moralis, cum possit ordinari in finem caritatis, si ordinatur, est meritorius, si non ordinatur et natus est ordi-  
 nari, otiosus est  
 et per consequens demeritorius, et sic semper \*redit\* propositum, scilicet quod in habente caritatem omnis actus erit meritorius uel demeritorius.
- 390 \*Et dicendum quod\* non omnis actus qui potest ordinari in aliquem finem, si non ordinetur, est otiosus, set solum ille qui debet ordinari. Sic enim diffinitur otiosum, quod natum, \* idest debitum, est includere finem et non includit. Ex quo enim omne otiosum est malum, malum autem est carentia non cuiuscumque boni possibilis,  
 395 set possibilis \* debiti, oportet quod solum | ille actus dicatur otiosus *A82va* qui non ordinatur ad finem ad quem debet ordinari. Quod autem in habente \*gratiam\* omnis actus uirtutis moralis debeat ordinari \*semper\* \*ad\* finem caritatis non \*uideo\* 「propter duo. Primo,」 quia licet



quilibet teneatur uitare omne malum, \*tamen nullus\* tenetur facere omne bonum etiam sibi possibile, alioquin quilibet teneretur ad opera supererogationis, quod non est uerum; tenetur ergo quilibet solum ad bonum cuius omissio est mala et meretur penam, et illud est bonum mere debitum

*M292vb* nichil habens supererogationis. Nunc est ita quod ordinare omnem actum uirtutis ad finem caritatis in habente caritatem uidetur esse supererogationis; ergo ad hoc nullus tenetur. Maior patet ex dictis. Minor declaratur, quia ordinatio cuiuslibet actus ad finem caritatis in eo qui habet caritatem, per quam iam est sibi debita uita eterna, pertinet directe ad multiplicationem meritorum et augmentum premii essentialis uel accidentalis; hoc autem non est necessitatis, cum sine hoc sit premium debitum, set est supererogationis; ergo etc.

Secundo, quia ad omne illud ad quod tenetur fidelis existens in gratia, tenetur fidelis qui est sine gratia, alioquin peccator fidelis ex culpa sua, per quam amisit gratiam, reportaret commodum, scilicet deobligationem

De numero autem talium non uidetur esse ordinatio boni actus moralis in finem caritatis | in eo qui iam habet gratiam per quam debetur sibi uita eterna. Quod patet dupliciter.

Primo, quia ad omne | illud ad quod tenetur fidelis existens in gratia tenetur fidelis qui est sine gratia, quia de defectu culpabilis neminem absoluit ab eo ad quod tenetur; et ideo, cum fidelis habens | gratiam non amittat

ab eo ad quod erat obligatus, ipsam nisi | per culpam suam, ad  
 430 dum esset in gratia. omne illud tenetur amissa gratia  
 ad quod tenebatur habens gra-  
 tiam.

Set fidelis existens sine gratia non tenetur omnem actum moralem  
 bonum ordinare ad finem caritatis, alioquin peccator | honorans *F140rb*  
 435 parentes peccaret, | nisi hoc faceret propter Deum et uitam eternam, *D129va*  
 quod \*IPSI\* non dicunt; ergo nec ad \*hoc\* tenetur fidelis existens in  
 gratia.

\*Et confirmatur\*, quia sicut se \*habet\* incontinens et temperatus  
 ad finem temperantie, sic fidelis peccator et fidelis existens in caritate  
 440 \*ad finem caritatis. Sicut enim incontinens et temperatus conueniunt  
 in recta ratione ostendente finem uirtutis moralis, differunt autem in  
 habitu inclinante quem habet temperatus et non incontinens, sic fide-  
 lis peccator et \*ille\* qui est in gratia conueniunt in fide ostendente  
 finem ultimum, differunt autem in habitu inclinante \* quem habet  
 445 unus, scilicet existens in \*caritate\*, et non alius, uidelicet peccator;  
 set incontinens et temperatus equaliter tenentur actus suos dirigere et  
 ordinare \*ad\* finem uirtutis moralis; ergo fidelis sine gratia et cum  
 gratia equaliter [tenentur] \*actus suos\* dirigere et ordinare ad finem  
 ultimum; propter quod, si ad hoc non tenetur ille qui est sine gratia,  
 450 \*sicut IPSI uidentur concedere\*, nec ad idem tenebitur ille qui est in  
 gratia; et ideo, si non [semper] referat, non peccat, \*quod conceden-  
 dum est\*. Nec huic obuiat quod dicit APOSTOLVS \* 1 ad \* C o r. 10:

*M293ra* *Omnia in gloriam Dei facite*, quia hoc non \*dicitur\* | tamquam preceptum necessitatis, set tamquam \*exhortatio\* ad \*perfectum\*, que quandoque licite \*omitti\* potest. 455

Dicendum ergo quod non omnis actus a deliberatione procedens est meritorius uel demeritorius uite eterne, set sunt quamplures indifferentes et in habentibus gratiam. Cuius ratio potest esse preter eas que  
*O83v* tacte sunt, quia illa circumstantia que est concomitans actum et non informans nullam bonitatem uel malitiam ponit circa ipsum, sicut patet tam in malis quam in bonis. In malis, quia infidelitas non ponit aliquam malitiam circa actum moralem hominis infidelis, nisi quando actus aliquo modo ex infidelitate procedit; tunc enim est condicio informans et non solum conco-

Alio modo respondetur ad rationem prius positam dicendo quod in habente caritatem omnis actus bonus moraliter ordinatur in finem caritatis et sic est meritorius. Non oportet tamen quod hec ordinatio actualiter concomitetur | totum processum actus, nec oportet quod principium actus procedat a noua et actuali ordinatione eius in finem ultimum, set sufficit quod habens gratiam quandoque ordinauerit totam uitam suam et omnes actus suos in uitam eternam. Et istud est in omni habente gratiam, quam, si quandoque amittat, penitendo tamen et recuperando, iterato omnes 460 465 470

475 mitans, et hoc magis patebit in  
 sequente distinctione. Similiter  
 in bonis, immo fortiori ratione,  
 quia facilius contrahit actus  
 deformitatem quam rectitudi-  
 480 nem et facilius est defficere quam  
 recte agere; propter quod si mala  
 circumstantia concomitans non  
 addit deformitatem, nec bona  
 addet nouam bonitatem. Nunc  
 485 est ita quod in habente gratiam  
 et faciente opus bonum morali-  
 ter contingit quod gratia est cir-  
 cumstantia solum concomitans  
 et nullo modo actum informans,  
 490 sicut cum aliquis solo dictamine  
 rationis naturalis ductus reddit  
 alteri quod suum est; ergo gra-  
 tia nullam bonitatem nouam dat  
 tali actui; non est ergo merito-  
 495 rius, item nec demeritorius, cum  
 sit bonus; ergo est indifferens.

actus sequentes in finem uite  
 eterne ordinat, quia non peni-  
 tet uere nisi amore consequendi  
 uitam eternam. Quod si sufficit,  
 tunc precedens ratio procedit;  
 set satis latum est quod talis  
 ordinatio non sufficiat ad meri-  
 tum uite eterne.

ALIIS enim uidetur quod ad  
 meritum quodcumque requira-  
 tur quod ex intentione premii  
 uel ultimi finis, scilicet Dei,  
 actus procedat et in uirtute eius  
 | perficiatur, quamuis non oporteat  
 actualem intentionem uel  
 ordinationem semper concomi-  
 tare actum.

*Mu155rb*

[A15-B15] Ad argumenta utriusque partis respondendum est. Ad  
 primum, cum dicitur: “nulla est species que sub se non contineat ali-  
 quod indiuiduum” etc., dicendum quod actum esse indifferens

secundum speciem \*suam\* potest intelligi dupliciter, secundum quod 500  
 negatio importata per hoc quod est indifferens potest dupliciter ordi-  
 nari ad copulam uerbalem. Vno enim modo potest postponi, et sic est  
 sensus quod de ratione specifica actus est quod sit indifferens, et si isto  
 modo aliquis actus secundum speciem esset indifferens, non solum  
 esset possibile dare sub tali specie actum indiuidualem indifferensem, 505  
 immo impossibile esset sub tali specie dare actum nisi indifferensem,  
*M293rb* quia ea que sunt de ratione speciei conueniunt omni | indiuiduo sub  
*N119vb* illa specie; set sic nullus actus | est indifferens secundum suam spe-  
 ciem, sub quo tamen sensu argumentum procedit.

Alio modo potest negatio importata per hoc quod est indifferens 510  
 preponi copule uerbali sub hoc sensu quod de ratione specifica actus  
*Z95va* non est quod sit differenter uel determinate bonus uel malus, | set  
*F140va* tamen utrumque potest sibi per aliud conuenire, sicut | homo ex sua  
 specie non habet quod sit determinate albus uel determinate niger,  
 et tamen per aliud conuenit ei utrumque istorum; et hoc modo sunt 515  
 multi actus \*qui sunt\* indifferentes secundum \*suam\* speciem, nullus  
 tamen secundum indiuiduum, quia indiuiduum multa includit quoad  
 existentiam suam, que ad rationem speciei non pertinent.

[A16-B16] Ad secundum dicendum quod meritum et demeritum  
 non opponuntur priuatiue, ut respiciunt actum habentis cari- 520  
 dictum fuit in corpore solu- tatem tamquam subiectum  
 tionis, et ideo inter ea potest susceptiuum, et circa illum se  
*D128vb* dari medium | per abnega- habent immediate, ita quod

tionem utriusque; set bonum  
 525 et malum moris opponuntur  
 priuatiue circa omnem actum  
 qui est in potestate hominis, et  
 ideo habent uim contradictio-

530 Nota etiam quod

535

540 meritum et demeritum non sunt formaliter idem quod bonum et  
 malum, set dicunt \*debitum\* ordinem boni et mali ad premium et  
 penam; immo ipsum demeritum \*uere potest\* dici meritum: qui enim  
 \*mala\* agit meretur penam, sicut ille qui bene agit meretur premium,  
 \*set\* meritum respectu boni premii \*per quandam antonomasiam\*  
 545 \*appropriauit\* sibi nomen meriti.

Nota quod licet formalis ratio  
 demeriti sit positua, tamen  
 potest consurgere ex priuatione;  
 ex sola enim omissione eius  
 550 quod debet fieri efficitur homo  
 reus pene.

necesse est alterum inesse, non  
 autem actum non habentis cari-  
 tatem; et ideo circa ipsum est  
 dare medium per abnegationem.

Qui autem uellet dicere quod  
 in habente caritatem aliquis  
 actus posset esse bonus morali-  
 ter qui nec esset meritorius nec  
 demeritorius diceret quod meri-  
 tum et demeritum non oppo-  
 nuntur priuatiue, set contrarie  
 uel disparate; mereri enim est  
 fieri dignum premio, demereri  
 autem non est priuari seu carere  
 hac dignitate, set est fieri dig-  
 num pena, ita quod

Et sic ratio formalis utriusque,  
 scilicet meriti et demeriti, est  
 positua, | licet ratio deme-  
 riti possit consurgere ex aliquo  
 priuatiuo: ex sola enim omi-  
 sione eius quod debet fieri effici-

tur homo reus pene; talia autem non oportet immediate se habere circa actum.

[A17] Quod autem dicitur in *Predicamentis* quod bonum et malum sunt contraria mediata,

*dicendum quod PHILOSOPHVS accipit ibi malum strictius quam nos.*

\*Vocat\* enim *malum non omnem actum inordinatum\**, sicut nunc accipimus, *set solum illum qui est alteri nociuus*, sicut et in *IV Ethicorum* dicit quod *prodigus*, qui *causa iactantie sua expendit*, | *non est malus set uanus*. Et isto modo nichil prohibet inter bonum et malum esse medium per abnegationem «utriusque», set non sicut «\*accepimus\*».

[A18-B18] Argumenta alterius partis bene probant \*quia neque\* in dictis \*neque\* in factis est aliquid indifferens, set quodlibet secundum suam existentiam est bonum uel malum, licet secundum considerationem uniuersalem actus, que est eius consideratio secundum solam rationem obiecti, sit dare aliquem actum qui ut sic non includit aliquam bonitatem uel malitiam moralem: priuatio enim et habitus immediationem habent circa subiectum ut existens, non ut consideratum.

## &lt;QVESTIO TERTIA

## VTRVM IDEM ACTVS POSSIT ESSE BONVS ET MALVS&gt;

[A1-B1] 「Tertio」 queritur utrum idem actus possit esse bonus et malus. Et uidetur quod non, quia si idem actus posset esse bonus et malus, hoc esset simul uel successiue; non simul, quia bonum et malum, cum opponantur priuatiue, habent uim contradictionis circa proprium subiectum; contradictoria | autem non possunt simul uerificari | de eodem; nec successiue, quia actus correspondent habitibus; set idem habitus non potest esse bonus et malus, etiam successiue; ergo nec actus.

[A2-B2] In contrarium est quia bonitas et malitia actus non habent solum esse 「ex」 obiecto, | set etiam ex circumstantiis. Nunc est ita quod contingit eundem actum numero uestiri simul et successiue bona et mala circumstantia: simul, ut cum aliquis dat | elemosynam pauperi ut alii prouocentur ad simile, 「quod」 est bonum, et cum hoc intendit uanam gloriam, que est mala; successiue uero, ut cum aliquis uadit ad ecclesiam intentione orandi, deinde actu eundi non interrupto mutat intentionem in malum; ergo idem actus potest esse bonus et malus non solum successiue set simul.

[A3-B3] Responsio. Bonum et malum possunt sumi dupliciter, scilicet in diuersis generibus uel in eodem. Si in diuersis generibus, ut bonum in genere nature, malum uero in genere moris, uel econuerso,



sic bonum et malum possunt simul esse in eodem actu. Cuius ratio est quia illa que nullam habent inter se oppositionem compatiuntur se in eodem; set bonum nature et malum moris, uel econuerso, non 25 habent inter se aliquam oppositionem; ergo etc. Et sic actio claudicantis ad ecclesiam est mala in genere nature, bona uero in genere moris; actio uero recte incedentis ad lupanar est bona in genere nature, mala autem in genere | moris.

Z295vb

[A4-B4] Si uero bonum et malum sumantur in eodem genere, puta 30 utrumque in genere moris, de quo ad presens loquimur, uel queritur an possint simul esse in eodem actu [an] successiue. Si simul, constat quod non, quia opposita non compatiuntur se simul in eodem et secundum idem, licet possint se compati in eodem secundum diuersas partes, ut in ligno cuius una pars est alba et \*alia\* nigra. Nunc est ita 35 quod bonum et malum in eodem genere accepta opponuntur priuatiue; ergo non compatiuntur se simul in eodem actu, nisi forte secundum diuersas partes; | set actus interior partes non habet, set consistit in indiuisibili; actus autem exterior habet partes, set ille non possunt esse simul, cum totus actus sit successiuus; ergo bonum et malum 40 nullo modo possunt esse simul in eodem actu.

M294va

[A5-B5] Si uero queritur utrum possint [esse] in eodem actu successiue, sic dicunt QUIDAM quod *duplex est actio. Quedam simplex et indiuisibilis, ut actio interior uoluntatis, et hec non potest eadem esse 45 bona et mala, | nec simul, cum non habeat partes diuersas, nec successiue, cum non habeat successionem. Alia est actio successiua et diuisibilis, ut actio exterior, puta ire ad ecclesiam, et hec eadem potest esse*

V209va

*bona et mala, | set non secundum eandem partem, sicut ire ad ecclesiam* 092r  
 potest ex caritate inchoari et in uanitate terminari.

- 50 Set istud non est bene dictum quantum ad primum, quia sicut se  
 habet intellectus ad uerum et falsum, sic se habet uoluntas ad bonum  
 et malum; set idem actus intellectus, | licet sit simplex et indiuisibi- *D130ra*  
 lis, potest tamen successiue esse uerus et falsus, ut cum aliquis credit  
 Sortem sedere, qui in ueritate sedet, et in eadem actuali credulitate  
 55 perseuerat, Sorte surgente falsum credit; ergo idem actus uoluntatis  
 simplex et indiuisibilis potest successiue esse bonus et malus. | Nec *N120rb*  
 ualet quod dicitur quod actus non habet successionem, quia idem  
 secundum idem potest successiue opposita recipere non per succes-  
 sionem sui, set per successionem oppositorum circa ipsum, dummodo  
 60 ipsum sit tale quod contingat ipsum pluries sumere, sicut idem corpus  
 secundum eandem partem potest successiue esse calidum et frigidum.  
 Actus autem uoluntatis, quamuis sit simplex et indiuisibilis, potest  
 tamen pluries sumi, quia non solum habet esse per instans | temporis, *M294rb*  
 set potest pluribus partibus temporis coexistere, 「et」 ideo idem actus *Mu155vb*  
 65 uoluntatis potest successiue esse malus et bonus. Verbi gratia: aliquis  
 | uult bona uoluntate dicere missam publice, 「ipso perseuerante」 in *F141ra*  
 eodem uelle superuenit interdictum Pape et innotescit isti et nichilo-  
 minus perseuerat in eodem uelle, constat quod peccat propter malam  
 70 circumstantiam que superuenit actui prius bono; ideo etc. Simile dic-  
 tum fuit supra dist. 35 de peccato omissionis in solutione primi argu-  
 menti.

[A6-B6] Ad primum argumentum, cum dicitur quod idem habitus non potest esse bonus et malus \*neque\* simul \*neque\* successiue, ergo nec actus, dicendum quod non sequitur, quia licet idem subiectum sit susceptiuum bonitatis et malitie, tamen bonitas non potest esse malitia nec simul nec successiue, nec modus bonitatis potest esse modus uel dispositio malitie; actus autem secundum id quod essentialiter est subiectiue se habet | ad bonitatem et malitiam, et ideo potest utrumque suscipere successiue; set habitus est ipsamet bonitas et malitia uel modus et dispositio bonitatis et malitie, et ideo bonitas et malitia non possunt alternari circa eundem habitum. Et si dicatur quod habitus causantur ex actibus et ideo uidetur idem iudicium de utrisque, dicendum quod habitus non causantur ex actibus ratione essentie actus, que est subiectum indifferens ad bonitatem et malitiam, set ratione modi actus, qui non potest mutari in alium modum.

[A7-B7] Argumentum in oppositum quantum ad partem sui non concludit. Ad hoc enim quod actus sit simul bonus et malus non sufficit quod actus informetur simul una bona circumstantia et alia mala, quia *bonum est ex tota causa, malum uero ex particularibus defectibus*; | et ideo, ubi est una circumstantia | mala, licet omnes alie sint bone, actus est simpliciter malus et non simul bonus et malus; ideo etc.

<DISTINCTIO QVADRAGESIMA PRIMA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM FIDES DIRIGAT INTENTIONEM>

[A1-B1] *Cumque intentio, ut supra dictum est, 「etc.」* Circa distinc-  
5 tionem istam primo queritur utrum fides dirigat intentionem. Et uide-  
tur quod non, quia | nullum opus est bonum cui deest recta intentio; *A83ra*  
set in non habentibus | fidem sunt aliqua bona opera; ergo et intentio *V210va*  
recta, quod non esset, si sola fides intentionem dirigeret. Minor patet,  
quia in infidelibus sunt 「aliqua」 bona opera et quidam eorum com-  
10 mendantur a Sanctis HIERONYMO et AVGVSTINO.

[A2-B2] In Christo etiam qui fidem non habuit, cum fuerit com-  
prehensor, fuerunt multa bona opera; ergo etc.

[A3-B3] In contrarium est quia illius solius est intentionem diri-  
gere cuius est finem ultimum ostendere; set ostendere finem ultimum  
15 est solius fidei, cum cognitio naturalis ad ultimum finem non pertin-  
gat; ergo etc.

[A4-B4] Responso. Intentio est actus uoluntatis tendentis in finem *O93r*  
mediantibus hiis que sunt ad finem, ut dictum fuit supra dist. 38.

Hoc supposito uidenda sunt duo. Primum est an fides intentionem  
*N120va* dirigat. Secundum | erit an directio fidei sit necessaria ad bonitatem 20  
 \*cuiuslibet\* operis.

[A5-B5] Quantum ad primum sciendum quod fides dirigit inten-  
 tionem respectu ultimi finis specialiter; item dirigit respectu cuiuslibet  
 finis generaliter.

[A6-B6] Primum patet, quia ubi in uoluntate est habitus dirigens 25  
 in aliquid per modum inclinantis, oportet quod in intellectu sit habi-  
 tus dirigens in illud idem per modum ostendentis, quia uoluntas non  
 potest inclinari, nisi in aliquid sibi ostensum ab intellectu, nec firmiter  
*M294vb* inclinari, nisi firmiter fuerit ei ostensum. | Istam autem firmitatem  
 facit habitus in utroque, intellectu scilicet et uoluntate; set in uolun- 30  
 tate ponitur habitus dirigens in finem ultimum per modum inclinan-  
*F141rb* tis, scilicet caritas, per quam diligitur Deus propter se et alia | propter  
 Deum; ergo in intellectu est ponendus habitus dirigens in eundem  
*Mu156ra* finem per | modum ostendentis, et hic est fides.

*D131rb* [A7-B7] Secundum patet | sic: sicut se habet habitus primorum 35  
 principiorum in speculatiuis ad omnem conclusionem speculatiuam,  
 sic se habet habitus ostensius ultimi finis ad omnem conclusionem  
 practicam, quia ultimus finis tenet locum primi principii in practi-  
 cis; set habitus primorum principiorum in speculatiuis dirigit respectu  
 40 omnis conclusionis speculatiue; ergo fides, que est habitus ostensius

ultimi finis, dirigit respectu omnis conclusionis practice; set speciales conclusiones practice syllogizantur ex speciali fine; ergo fides dirigit ad speciales fines. Hoc autem est quia ratio eorum que sunt ad finem sumitur ex fine; particulares autem fines ordinantur ad ultimum finem; et ideo quod dirigit respectu ultimi finis dirigit respectu omnium.

[A8-B8] De secundo principali, scilicet an directio fidei sit necessaria ad bonitatem cuiuslibet operis, dicendum <sup>est</sup> quod est | <sup>quedam</sup> *O93v* bonitas meritoria uite eterne, quam considerat solus theologus, et est bonitas pure moralis, quam considerat philosophus. Loquendo de prima bonitate, dicendum quod ad eam necessaria est directio intentionis per fidem, quia impossibile est bene ordinare uiam ad terminum ignoratum; set meritum ordinatur ad premium sicut uia ad terminum; | ergo impossibile est ignorantem uitam eternam ordinare *M296ra* actiones suas ad merendum eam; uiatores autem, quorum est mereri, non habent cognitionem de uita eterna nisi per fidem; quare etc. Qualis autem intentio directa in Deum per fidem sufficit ad opus meritorium? Credo quod non sufficit habitualis, quia habitibus non \*meretur quis\*, set actibus; et ideo requiritur actualis, non quidem semper actu manens in toto processu et in singulis partibus operis, set uirtute, quod fit quando opus inchoatur intentione directa in Deum et proceditur in opere sic inchoato intentione non mutata in contrarium.

[A9-B9] Loquendo autem de bonitate pure morali, quam considerat philosophus, dicendum quod ad eam non est necessaria directio intentionis per fidem. Cuius ratio est quia si fides requireretur ad omne opus bonum, impossibile esset quod infidelis disponeret se ad fidem, et ita infidelitas nulli imputaretur ad culpam. Consequens est falsum, ergo et antecedens. Probatio consequentie, quia nullus disponit se ad  $\lceil$ Dei donum $\rceil$  recipiendum per aliquem actum culpabilem; set si fides requireretur ad omnem bonum actum, deffectus | fidei esset deffectus circumstantie debite, qui reddit actum malum, et ita in non habente fidem omnis actus esset malus; ergo per  $\lceil$ nullum $\rceil$  actum  $\lrcorner$  posset infidelis disponere se ad credendum, quod est magnum inconueniens. Restat ergo dicendum quod directio intentionis per fidem non requiritur ad omnem bonitatem, | set solum ad meritoriam uite eterne. Vnde non omnes actus infidelium sunt mali, set multi sunt boni ex genere et circumstantiis, licet nullus sit meritorius uite eterne.

*M296rb* Ex hoc patet confirmatio eius | quod \*supra\* dictum est dist. 40,  
*Z96rb* scilicet quod ad bonitatem moralem non | requiritur ordinatio actus in  
*V210vb* finem ultimum, etiam in habentibus | gratiam et fidem, quia deffectus culpabilis nullum excusat ab illo ad quod tenetur. Si ergo habens gratiam et fidem  $\lceil$ teneretur $\rceil$  omnes | actus suos ordinare in finem ultimum, infidelitas et quodcumque peccatum, cum sint deffectus culpabiles, non excusarent quin | infidelis et peccator ad idem tenerentur; non tenetur autem infidelis, ut probatum est; ergo nec alii.

[A10-B10] Ad\* argumentum dicendum quod intentio recta de ultimo fine non requiritur ad omnem bonitatem actus, set solum ad meritoriam; ad moralem autem bonitatem sufficit intentio recta de proximo fine, et hec est in aliquibus actibus infidelium, licet non prima;  
 90 propter quod actus eorum possunt esse boni, licet non meritorii.

[A11-B11] De Christo autem dicendum quod fides intentionem dirigit non ratione enigmatis, quod non fuit in Christo, set ratione cognitionis, quam facit de «ultimo fine». Cognitionis autem ultimi finis perfectius fuit in Christo quam per fidem.

95 [A12-B12] «Argumentum» in oppositum «probat» quod in uiatoribus sola fides dirigit ad ultimum finem, quod est necessarium ad actionem meritoriam, non autem ad actionem bonam moraliter.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM OMNE PECCATVM SIT VOLVNTARIVM>

[A1] Deinde queritur utrum omne peccatum sit uoluntarium. Et uidetur quod non, quia illud quod per ignorantiam uel  
 5 necessitatem geritur non est uoluntarium, quia uoluntas sequitur cognitionem et excludit necessitatem; set quedam peccata fiunt per ignorantiam, ut dictum est supra dist. 22, quedam per necessitatem, ut dicit AVGVSTINVS libro *Retractionum*:  
*Sunt*, inquit, quedam *necessitate facta improbanda*; ergo talia,  
 10 licet peccata, sunt necessaria.

*deest B*  
*D131va*



[A2] In contrarium est quod dicit AVGVSTINVS et est in litera, quod peccatum adeo est uoluntarium quod si non fuerit uoluntarium, non erit peccatum.

[A3] Responsio. Aliquid potest dici uoluntarium dupliciter. Vno modo, quia est in potestate uoluntatis, et hoc modo oportet omne peccatum esse uoluntarium, quia de hiis que non sunt in potestate nostra nec laudamur nec uituperamur; pro peccato autem uituperamur, sicut pro actu uirtutis laudamur (loquimur enim de peccato in moribus); ergo omne peccatum est in potestate nostra; nichil autem est in potestate nostra, ut nunc loquimur, nisi ratione uoluntatis, que est libera; ergo etc. Alio modo potest dici aliquid uoluntarium non solum quia est in potestate uoluntatis, set quia est in uoluntate subiectiue. Et tunc distinguendum est, quia peccatum uel sumitur pro actu cui qualitercumque competit ratio peccati uel sumitur pro deformitate uel deffectu, que est formalis ratio peccati. Si peccatum sumatur pro actu cui qualitercumque competit denominatio peccati, sic non omne peccatum est subiectiue in uoluntate, set in aliis potentiis. Actus enim exteriores dicuntur peccata, licet quadam denominatione extrinseca, ut patuit in precedente distinctione, et tales actus non sunt subiectiue in uoluntate, ut de se patet. Si uero peccatum sumatur secundo modo, sic dicendum est quod omne peccatum est subiectiue in uoluntate, a quo uoluntas dicitur mala formaliter et per inherentiam, cetera autem per quandam denominationem extrinsecam. Et quia hoc plene probatum fuit in precedente distinctione, ideo nunc non oportet replicare.

*deest B*

15

20

25

30

35

[A4] Set dicet ALIQUIS: “si omnis deformitas peccati est in sola uoluntate subiectiue, per eandem rationem omnis bonitas  
 40 uirtutis erit in sola uoluntate subiectiue, et sic nullus habitus uirtuosus erit nisi in uoluntate, quod uidetur falsum et contra intentionem ARISTOTELIS in *Ethicis*”. Et dicendum quod loquendo de bonitate et malitia morali, de qua nunc loquimur, omnis habitus bonus formaliter et non denominatione extrin-  
 45 seca est in uoluntate, quia, etsi ponantur habitus morales boni in aliis potentiis, tamen nec morales sunt nec boni sunt bonitate morali nisi denominatione extrinseca. Solum enim dicuntur boni moraliter, quia disponunt potentiam in qua sunt ad prompte obediendum uoluntati bone; unde a bonitate que est  
 50 in uoluntate formaliter dicuntur alii habitus boni. Sicut habere uentrem laxum dicitur sanum non formaliter et per inherenciam, set quia est dispositio qua uenter facilliter obedit uirtuti bene regenti corpus in expellendo superfluum quod noceret sanitati, sic habitus temperantie est quedam dispositio appetitus  
 55 sensitiui qua appetitus sensitiuus facilliter obedit uoluntati bone in refutando superfluum in delectationibus, que superfluitas esset contraria bonitati uoluntatis. Et hoc potest patere ex ipsa diffinitione uirtutis moralis que ponitur II *Ethico-*  
*rum*, scilicet quod *uirtus est habitus electiuus* etc. Ex hoc sic:  
 60 sicut competit alicui esse habitum electiuum, sic competit ei esse uirtutem moralem; set soli habitui uoluntatis conuenit esse electiuum formaliter et intrinsece, quia eligere solum est in uoluntate, aliis autem potentiis non conuenit eligere nisi denominatione extrinseca, quia obediunt uel prosequuntur quod per  
 65 uoluntatem electum est; ergo etc. Sic potest dici et bene, supposito quod appetitus sensitiuus sit potentia distincta a uoluntate, obediibilis tamen rationi et uoluntati ac per hoc sit susceptibilis uirtutis aut uitii modo dictum est.

deest B

Dico autem ‘supposito hoc’, quia NONNVLLIS uidetur rationabiliter quod appetitus sensitivus nullo modo obediret rationi uel uoluntati, nisi sensus et ratio essent eadem potentia absoluta et similiter appetitus sensitivus et uoluntas. De hoc tamen alibi queritur.

- V211ra* [A5] Ad argumentum in oppositum dicendum quod nullum peccatum fit per ignorantiam, nisi sit talis ignorantia que non excludat penitus uoluntarium, qualis est illa que est eorum que homo potest et tenetur scire. Quod autem dicit AVGVSTINVS: *D131vb* | “quedam improbanda fieri per necessitatem”, ‘necessitatem’ uocat ineuitabilitatem peccatorum uenialium quoad omnia simul; quodlibet enim eorum est uoluntarium et euitabile, set omnia simul non sunt euitabilia, quia dum ratio inuigilat ad reprimendum unum motum illicitum, alius motus subito insurgit. Hec autem necessitas non tollit uoluntarium respectu cuiuscumque peccati uenialis in speciali, quo modo iudicandum est de actionibus bonis et malis; ideo nullum peccatum potest esse nisi uoluntarium. Instant autem QUIDAM de peccato originali quod uidetur necessarium, set de illo dictum fuit supra dist. 30, quod tam est culpa quam reatus.

*deest B*

70

75

80

85

<DISTINCTIO QUADRAGESIMA SECVNDA

QVESTIO PRIMA

VTRVM ACTVS EXTERIOR ADDAT ALIQUID BONITATIS VEL MALITIE  
SVPER ACTVM INTERIOREM>

- 5 [A1-B1] *Cum autem uoluntas \*mala\** etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum  $\lceil$ actus exterior $\rceil$  addat aliquid bonitatis uel malitie super  $\lceil$ actum interio $\rceil$ . Et uidetur quod sic, quia frustra fit per duo quod eque bene potest fieri per unum; | set si equalis bonitas *O94v*  
est in actu interiore solum sicut in actu interiore | et exteriori simul, *M296va*  
10 tunc quidquid boni fit per ambos | actus, totum fit per unum solum; *A83rb*  
ergo habenti bonam uoluntatem actus exterior superfluit, quod non uidetur; ergo actus exterior addit aliquid bonitatis super actum interio $\rceil$ .

- [A2-B2] Item premium correspondet merito; set uoluntati cum  
15 opere debetur premium, quod non debetur soli uoluntati, sicut patet de aureola, que debetur martyribus pro opere et non pro sola uoluntate; ergo aliquid bonitatis et meriti est in uoluntate cum opere, quod non est in sola uoluntate.

- [A3-B3] In contrarium est quod dicit CRYSTOSTOMVS Super  
20 Mattheum: *Voluntas est que remuneratur pro bono aut condempna-*

*tur pro malo. Opera autem sunt testimonia uoluntatis.* Et beatus BERNARDVS dicit quod bona uoluntas sufficit ad meritum, set bona actio requiritur ad exemplum.

[A4-B4] Idem uidetur dicere PHILOSOPHVS *X E t h i c o r u m*, quod *exteriore actus sunt ad manifestationem uirtutis.* Ex quibus uidetur 25  
*N121ra* quod tota bonitas et malitia consistat | in actu uoluntatis et nichil in actu exterioris operis.

[A5-B5] Responsio. Quod actus exterior addat aliquid bonitatis uel malitie super actum interiorem potest intelligi dupliciter: uno modo \*quantum ad\* numerum, ita scilicet quod actus interior et exterior in 30 bonis sint duo merita et in malis \* duo peccata et non unum tantum; alio modo quantum ad intensionem, ita scilicet quod actus interior et  
*D130rb* exterior non sint diuersa [peccata aut diuersa merita], set quod actus |  
*V209vb* interior | cum exteriore sit maius meritum in bonis uel maius peccatum in malis quam sine [actu exteriore]. Et iuxta utrumque intellec- 35 tum tractabitur questio.

[A6-B6] Si questio intelligatur primo modo, sic dicendum est  
*O95r* quod actus exterior nichil bonitatis [uel] | malitie addit super actum interiorem, quia interior actus et exterior sibi coniunctus non sunt duo peccata, set unum tantum, et idem intelligatur in bonis quoad 40 meritum.

Ad quod sciendum considerandum \*est\* quod peccatum non dicit  
 | actum directe, set dicit deffectum actus | uel actum deffectuosum, *F141vb*  
 ita quod formalis ratio peccati est deffectus uel deformitas. Propter *M296vb*  
 45 quod statim apparet quod, cum in uno actu possint simul esse plures | *Mu156va*  
 deffectus uel plures deformitates diuerse et separate, quod in tali actu  
 sunt plura peccata, ut cum aliquis cognoscit non suam in loco sacro,  
 quia una deformitas est qua cognoscit non suam, ratione cuius pec-  
 cat peccato luxurie, alia est irreuerentia sacri loci, ratione cuius peccat  
 50 peccato sacrilegii uel si quo alio nomine censeatur. Econtrario, si in  
 duobus actibus possit esse una numero deformitas, in eis poterit esse  
 unum peccatum numero. Videndum ergo an hoc sit possibile.

Et sciendum quod duo distincta subiecta non possunt denominari  
 ab eodem accidente numero 「positiuo uel priuatiuo」 denominatione  
 55 intrinseca quoad utrumque, possunt tamen denominatione extrinseca  
 quoad utrumque uel quoad alterum. Voco autem denominationem  
 intrinsecam que est per inherentiam, extrinsecam uero que non est per  
 inherentiam uel per aliquid quod faciat unum supposito cum eo de  
 quo | dicitur. Verbi gratia: aer denominatur calidus et animal sanum *Z96va*  
 60 denominatione intrinseca, quia per aliquid sibi formaliter inherens.  
 Et isto modo impossibile est plura denominari ab uno, sicut impos-  
 sibile est quod in pluribus et distinctis subiectis sit unum accidens  
 numero. Sol etiam denominatur calidus et medicina sana denomina-  
 tione extrinseca: sol enim non dicitur calidus per calorem existentem  
 65 subiectiue in ipso, set quia potest causare calorem in alio, et idem est

*O95v* de medicina | respectu sanitatis. Et isto modo plura etiam supposito  
 distincta possunt denominari ab uno et eodem secundum numerum.  
 Dicitur enim aer calidus et sol calidus ab eodem calore in numero qui  
 est in aere subiectiue et a sole effectiue. Similiter animal, medicina,  
*M297ra* | dieta, urina dicuntur sana ab eadem sanitate secundum numerum, 70  
 que est in animali subiectiue, quam medicina facit, dieta conseruat,  
 urina significat. Et isto modo actus interior et exterior sunt boni uel  
 mali moraliter eadem bonitate uel malitia secundum numerum, que  
*N121rb* est | in actu interiore subiectiue, in exteriori autem obiectiue solum et  
 extrinsece. 75

Quod patet dupliciter. Primo, quia nulli actui conuenit bonitas uel  
 malitia moralis nisi uoluntario ut uoluntarius est, dicente AVGVSTINO  
 quod peccatum adeo est uoluntarium quod, \*si non\* fuerit uolunta-  
 rium, non erit peccatum; set actui interiori competit \*esse\* uolunta-  
 rium subiectiue \*: uelle enim in uoluntate est; actui autem exteriori 80  
 non competit esse uoluntarium nisi obiectiue: actus enim exterior est  
 obiectum actus interioris uoluntatis et in hoc solum est uoluntarius;  
 ergo bonitas et malitia moralis conueniunt actui interiori subiectiue,

actui autem exteriori non nisi obiectiue \*; talia autem \*possunt deno-  
 85 minari\* ab eodem secundum numerum, ut uisum est; quare etc.

「Secundo, quia sicut se habet intellectus ad uerum et falsum, sic  
 uoluntas ad bonum et malum; set intellectus sic se habet ad uerum  
 et falsum quod eadem ueritate actus intellectus dicitur uerus subiec-  
 90 tiue qua res dicitur uera obiectiue; ergo similiter actus uoluntatis dici-  
 tur bonus subiectiue eadem bonitate secundum numerum qua actus  
 exterior, qui est eius obiectum, dicitur bonus extrinsece, quia solum  
 obiectiue. Et hoc sine dubio planum est consideranti quod tam ueritas  
 rationis practice deliberantis quam bonitas uoluntatis eligentis consi-  
 95 autem obiectum non dicitur uerum aut bonum, nisi quia est mensura  
 extrinseca | bonitatis et ueritatis」.

*M297rb*

Confirmatur autem hoc per hoc | quod posito solo actu uoluntatis  
 habetur uera ratio culpe, positis autem actibus exterioribus sine actu  
 uoluntatis nichil est culpabile, ut dictum fuit supra dist. 35; quod  
 100 non esset, si actus exterior haberet | aliquid bonitatis aut malitie in se  
 et subiectiue. Illa enim si esset, posset aliquo modo manere in ipso,  
 circumscripto omni actu uoluntatis.

*D130va*

*O96r*

Patet ergo primus articulus questionis, | scilicet quod actus exterior  
 nichil bonitatis uel malitie addit super actum interiorem quoad nume-  
 105 rum, quia actus interior et exterior in bonis non sunt duo | merita, nec  
 in malis 「sunt」 duo peccata.

*F142ra*

*Mu156vb*

[A7-B7] Restat ergo de secundo inquirendum, scilicet an actus  
 exterior addat aliquid bonitatis uel malitie super actum interiorem



non quoad numerum, set quoad intensionem, ita scilicet quod actus  
*V210ra* interior cum exteriori sit maius peccatum | uel meritum quam sine 110  
 exteriori. Et dicendum quod hoc, scilicet quod uoluntas interior sit  
 cum opere exteriori et quandoque sine, potest [contingere] dupliciter:  
 uno modo, quia altera est perfecta et consummata uoluntas \*et\* ideo  
 prorumpit in opus, alia uero est imperfecta et non consummata et  
 ideo ad eam non sequitur opus: impossibile est enim quin ad uolunta- 115  
 tem perfectam et consummatam sequatur opus, nisi desit possibilitas  
 operandi; alio modo potest hoc contingere quando utraque uoluntas  
 est eque perfecta in duobus, set unus habet facultatem operandi, alius  
 autem non habet, sicut in diuite est uoluntas et facultas dandi elemo-  
 synam, in paupere [autem] est equalis uoluntas set nulla facultas. 120

Primo modo certum est quod uoluntas cum opere, tam in bonis  
*A83va* quam in malis, | est melior uel peior quam uoluntas sine opere, quia  
 uoluntas quanto [est] perfectior, tanto [est] melior in bonis et peior  
*M297va* in malis; set in primo | casu uoluntas cum opere est perfectior quam  
 uoluntas sine opere; ergo etc. Dico tamen quod istam bonitatem 125  
 uel malitiam non addit opus exterius super uoluntatem interiorem,  
*O96v* | set potius ad eam sequitur; uoluntas enim perfecta secundum se  
 \*melior est\* in bonis et peior in malis uoluntate imperfecta, etiam si  
 ad perfectam uoluntatem non [sequeretur] opus propter aliquid im-  
 pediens. 130

In secundo autem casu, quando uoluntate existente eque perfecta  
 unus operatur, alius autem non, solum quia non habet possibilita-  
 tem operandi, dicendum quod eque bona uel mala est uoluntas sine

opere sicut uoluntas et opus simul, non est tamen eque meritoria  
 135 uel demeritoria. | Primum patet, quia si uoluntas | cum opere esset *N121va*  
 aliquid melius uoluntate sine opere, hoc esset uel secundum nume- *Z96vb*  
 rum, quia uoluntas et opus haberent plures bonitates, uoluntas autem  
 sine opere unam tantum, uel secundum intensionem, quia intensior  
 esset bonitas uoluntatis et operis simul quam solius uoluntatis. Pri-  
 140 mum non potest dici, quia uoluntas et opus sunt bona eadem bonitate  
 secundum numerum et non pluribus. Nec secundum, quia tota boni-  
 tas moralis est subiectiue in actu uoluntatis, in opere autem exteriore  
 solum est obiectiue, ut declaratum est in primo articulo questionis;  
 uoluntas autem supponitur hic et ibi eque perfecta; ergo est hic et ibi  
 145 equalis bonitas uel malitia; opus autem exterius nec nouam addit nec  
 istam intendit; ergo [eque bona uel mala] est uoluntas sine opere sicut  
 uoluntas et opus simul. Et hoc dico per se. Per accidens enim contin-  
 git uoluntatem cum opere fieri meliorem uel peiorem dupliciter, scili-  
 cet per extensionem et intensionem. Per extensionem, ut cum aliquis  
 150 propter impossibilitatem operandi desinit uelle quod prius uolebat,  
 alius autem habens facultatem operandi perseuerat in eodem uelle, | *M297vb*  
 uelle istius melius est in bonis et | peius in malis | quam uelle alte- *F142rb*  
 rius, quia diuturnius. Per intensionem autem, quia quidam actus sunt *O97r*  
 delectabiles, qui nati sunt intendere uoluntatem, sicut in fornicatione.  
 155 Et in talibus, cum uoluntas | sit intensior cum actu quam sine actu, *Mu157ra*  
 uoluntas autem quanto est intensior, tanto est melior in bonis et peior  
 in malis, ideo in talibus contingit uoluntatem cum actu fieri meliorem

uel peiorem. Dico autem quod contingit, quia econtrario sunt quidam  
*D130vb* actus penales qui nati sunt remittere | uoluntatem, ut sunt actus for-  
 titudinis, qui sunt circa mortem et pericula [inferentia mortem], et in 160  
 talibus uoluntas sine actu melior est in bonis et peior in malis quam  
 cum actu, eo quod, ut plurimum, intensior est ante actum quam in  
 actu. Set si esset possibile quod uoluntas esset eque intensa ante actum  
 et cum actu et econuerso, equalis bonitas esset utrobique, et idem dico  
 de malitia. 165

Secundum patet, scilicet quod uoluntas sine actu, licet sit eque  
 bona uel mala sicut uoluntas cum actu, supposito quod sit eque per-  
 fecta, tamen non est eque meritoria uel demeritoria. Ad quod uiden-  
 dum sciendum est quod ex eo solo quod aliquis est bonus in se, non  
 meretur apud alium mercedem quamcumque, nisi forte laudem (*uir-* 170  
*tuti enim debetur laus*, ut dicitur *I E t h i c o r u m*); set ex hoc meretur  
 uel demeretur aliquis apud alium, quia est ei utilis uel nociuus. Cuius  
 ratio est, quia reddere premium pro merito est actus iustitie commu-  
 tatiue, [ut declaratum fuit supra dist. 27]. In iustitia autem commu-  
 tatiua est mutua translatio: qui enim ex iustitia commutatiua aliquid 175  
 reddit alteri, reddit illud pro eo quod ab altero accepit, et sic fit com-  
 mutatio; per id [ergo] per quod [aliquis] non ordinatur [ad] alterum  
*M298ra* | ita ut aliquid eius redundet in ipsum, non meretur nec demeretur  
*O97v* apud ipsum; set per hoc quod aliquis est bonus in se | per uoluntatem  
*N121vb* interiorem non ordinatur ad alterum, set solum per opus exterius | 180

per quod efficitur ei utilis uel nociuus et per quod aliquid sui transfert in alterum; ergo sola bona uoluntas exclusa facultate operandi sufficit homini ad bonitatem, set per eam solam non meretur apud alium aliquam mercedem, | set requiritur opus exterius. Item nec quod-  
185 cumque opus sufficit, quia si homo sit debitor operis, exhibendo quidem opus bene facit et laudandus est tamquam iustus, set non meretur ulteriorem mercedem, sicut qui reddit mutuuum <sup>□</sup> tempore quo debet bene facit, set \*numquid\* meretur aliquam mercedem apud eum qui gratis ei mutuuum tradidit? <sup>□</sup>Certe non, quia nichil suum  
190 in eum transtulit, set quod ab eo <sup>□</sup>acceperat, reddit. Ex quo apparet quod, cum homo sit quoad Deum debitor rectitudinis seruande | in uoluntate et in exteriori opere multo <sup>□</sup>amplius, quam homo possit esse debitor hominis ratione cuiuscumque accepti ab eo, quod homo non potest apud Deum aliquid mereri de condigno, loquendo proprie de  
195 merito; quod innuitur Luc. 17, ubi dicitur: *Cum feceritis omnia que precepta sunt uobis, dicite “serui inutiles sumus, quod | debuimus facere* <sup>F142va</sup> *fecimus”,* ut sit sensus, sicut et est: *serui inutiles sumus*, quia quantumcumque bene seruiamus Deo, nichil nostrum ei damus, set suum sibi debitum ei reddimus, nec plene. Set adhuc potest cuilibet dicere illud  
200 Ad Philemonem: *\*Et\* te ipsum michi debes*, et ideo nichil possumus *\*apud ipsum mereri\** condigne, <sup>□</sup>sicut dictum est supra dist.

27. Set quia Deus ex liberalitate sua bona opera, tam interiora quam  
*Mu157rb* exteriora, remunerat, congruum est ut amplius | remuneretur uolun-  
 tas cum opere quam sine. Cuius ratio est, quia sicut est in merito  
*M298rb* condigni hominis | ad hominem, sic est in merito congrui hominis 205  
*O98r* ad Deum; set in merito condigni hominis ad hominem | sic est quod  
 per illud [meretur quis] apud alium per quod transfert aliquid sui in  
 ipsum, quod natum est cedere in aliquam utilitatem eius in quem  
 transfertur; ergo proportionaliter per illud meretur quis apud Deum  
 de congruo per quod transfert aliquid sui in Deum, quod natum est 210  
 cedere [aliquo modo] in bonum diuinum. Illud autem est \*exterius  
 opus\* uoluntarium et non uoluntas sine opere, ut clare patet in pre-  
 dicatione et martyrio. In hiis enim homo aliquid quod est suum, licet  
 non a se set a Deo, transfert in Deum, quod etiam cedit in bonum  
 diuinum, non quoad Deum in se ipso, qui bonorum nostrorum non 215  
 indiget, set secundum illam interpretationem qua dicitur quod defen-  
 sio cause alicuius cedit in bonum illius cuius est causa; sic enim fides  
 Christi defenditur per predicationem uerbo et per martyrium facto,  
*D131ra* quod non fieret [sola uoluntate]. | Ergo per uoluntatem cum opere  
 meretur quis apud Deum saltem de congruo quod non meretur sola 220  
*A83vb* | uoluntate. Bona enim uoluntas remuneratur a Deo premio essen-

- tiali, quod, cum sit excellentissimum, sola autem bona uoluntas unius parum obliget alterum, patet quod hic est multum de liberalitate ex parte Dei, minimum autem de merito etiam congrui ex parte hominis. Opus autem exterius, quod natum | est magis obligare alterum, remuneratur premio accidentali, quod est minus essentiali, propter \*  
 225 「quod hic」 est minus de liberalitate ex parte Dei quam in collatione premii essentialis, et plus de merito congrui ex parte hominis. Et rationabile est quod premium accidentale plus possit cadere sub merito  
 230 quam essentiali, *quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*, quia quanto aliquid est excellentius, | tanto difficilius  
 est | mereri ipsum. Patet ergo quod uoluntas sine actu, licet sit eque  
 bona sicut cum actu, tamen non est eque meritoria, et proportionaliter idem intelligendum est in malis. *M298va*  
*O98v*
- 235 [A8-B8] Ad primum argumentum dicendum quod licet \*tanta sit\* bonitas solius uoluntatis sicut uoluntatis et operis simul, tamen non superfluit opus exterius, tum quia ad uoluntatem perfectam sequitur opus necessario, nisi sit prohibens, nec uoluntas esset bona, nisi exiret in opus excluso impedimento, cum opus exterius cadat sub precepto,  
 240 tum quia opus exterius meretur premium accidentale.
- [A9-B9] Ad aliud dicendum quod uoluntas cum opere est magis meritoria quam <sup>□</sup> sine opere, nec tamen est melior, quasi faciens operantem meliorem, | set hoc est, quia opus exterius obligat alterum ad aliquid, ad quod sola uoluntas operantis non obligaret illum, ut dictum fuit. *F142vb*
- 245

[A10-B10] Auctoritates que inducuntur pro altera parte sic sunt intelligende quod perfecta uoluntas, que non cessat ab opere nisi \*propter\* impossibilitatem operandi, est eque bona et eque remunerabilis quoad premium essenziale sicut uoluntas cum opere, non autem quoad premium accidentale.

250

## &lt;QUESTIO SECVNDA

## VTRVM TRANSEUNTE ACTV PECCATI REMANEAT REATVS PENE&gt;

[A1-B1] Secundo queritur utrum transeunte actu peccati remaneat reatus pene. Et uidetur quod non, quia *remota causa remouetur effectus*; set actus peccati est causa reatus; ergo transeunte actu non remanet reatus. Si dicatur quod reatus causatur a peccato uel ab actu peccati ut preteritus est, contra, actus, postquam preterit, non potest non esse |  
*Z96vb* preteritus; si ergo reatus causaretur ab actu | ut preteritus, non posset  
*Mu157va* non manere reatus, quod falsum est.

[A2-B2] In contrarium est quia, sicut se habet actus uirtutis ad pre- 10  
*M298vb* mium, | sic actus peccati ad penam; set transeunte actu uirtutis | rema-  
*O299r* net meritum glorie; ergo transeunte actu peccati remanet reatus pene.

[A3-B3] Responsio. Peccatum transire potest intelligi dupliciter: uno modo per solam actus cessationem, alio modo per peccati dimissionem. Primo modo, transeunte scilicet actu peccati per solam ces- 15

sationem, remanet reatus. Cuius ratio est quia deffectus iustitie inter duas personas \*semper\* causat debitum in altera, ut de ipsa uel per ipsam suppleatur, sicut apparet in commutationibus uoluntariis. Qui enim emit et pretium non reddidit, debitor est quousque reddiderit.

- 20 Et idem est in inuoluntariis. Qui enim per \*uim\* rem alterius accipit, debitor est eius et tenetur de re ablata et iniuria, quia duplex defectus iustitie est ex parte raptoris. Et uniuersaliter ex deffectu iustitie consurgit obligatio ut suppleatur per eum uel de eo qui iustitiam non compleuit aut lesit; set omnis peccans ledit iustitiam inter | se *N122rb*
- 25 et Deum, inquantum transgreditur legem Dei, cui ex iustitia tenetur obedire; ergo debitor est eius per quod iustitia inter ipsum et Deum reintegretur; hoc autem est pena; ergo peccator transeunte actu peccati remanet debitor pene, et in hoc consistit reatus.

- 30 Quod autem per penam reintegretur iustitia, apparet. Cum enim iustitia in equalitate consistat, iustum est ut peccator, *qui uoluntati sue plus induisit quam debuit contra mandatum Dei* agendo, quod *patiatur contra id quod uellet spontaneus uel inuitus*, quia sic redit equalitas per hoc quod aliquid aufertur ei qui nimis habuit et aliquid additur ei qui minus habuit.

- 35 Alio modo dicitur | peccatum transire non solum per actus cessationem, set per peccati remissionem, et sic | dico quod si peccatum est totaliter remissum, nullus reatus omnino remanet. Cuius ratio clara *M299ra*  
*O299v*



est ex hiis que dicta sunt supra dist. 32 articulo primo, ubi probatum fuit quod peccatum remitti non est aliud quam ipsum non imputari ad penam. Cui ergo peccatum est totaliter remissum, illi peccatum 40 non imputatur ad debitum cuiuscumque pene; set reatus non est aliud quam debitum pene; ergo cui peccatum est totaliter remissum, in eo non remanet aliquis reatus. Verum est quod \*quandoque peccatum remittitur\* quoad debitum pene | eterne et fit commutatio in penam temporalem, set tunc peccatum non est totaliter remissum, quia adhuc 45 imputatur ad penam aliquam et remanet aliquis reatus. Dicitur tamen simpliciter remissum, licet non totaliter, quia omnis pena temporalis est pena secundum quid per comparationem | ad eternam.

*F143ra*

[A4-B4] Ad argumentum in oppositum dicendum quod peccatum est causa reatus non ratione actus dum fit, nec ratione eiusdem 50 in quantum preterit, set quia inducit defectum iustitie, quo manente remanet reatus, et quo sublato per reintegrationem iustitie aufertur reatus.

[A5-B5] Argumentum in oppositum, licet uerum concludat, assumit tamen pro simili quod non est omnino simile, scilicet quod per 55 actum uirtutis sit nobis debita gloria ex iustitia, sicut pro peccato debetur nobis pena, quod non est uerum. Nos enim ex iustitia tene-mur Deo obedire et contra eam possumus facere, propter quod iuste meremur penam; set Deus \*nobis\* non obligatur ex aliqua iustitia, quantumcumque bene faciamus; et ideo si quid reddit nobis, gratia est 60 et non debitum.

## &lt;QVESTIO TERTIA

VTRVM PECCATVM CONVENIENTER DISTINGVATVR  
PER VENIALE ET MORTALE>

[A1-B1] Postea queritur utrum peccatum conuenienter distingua-  
 5 tur | per ueniale et mortale. Et uidetur quod non, quia *peccatum est* | *O100r*  
*dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei*, ut dicit AVGVSTI- *Mu157vb*  
 NVS XXII C o n t r a F a u s t u m ; set omne quod est contra legem Dei  
 est peccatum | mortale; ergo omne peccatum est mortale et nullum *V211rb*  
 ueniale.

10 [A2-B2] Item si peccatum diuidatur per mortale et ueniale, hoc  
 erit ratione pene debite peccato, | ita ut dicatur mortale quod mere- *A84ra*  
 tur penam eternam gehenne, que dicitur *mors secunda* A p o c . XX,  
 ueniale uero dicatur peccatum quod meretur penam leuiorem; set  
 probatio quod isto modo non differant, quia inter omnia peccata ori-  
 15 ginale habet minimum de ratione peccati; set originali debetur pena  
 eterna; | ergo multo fortius omni peccato. *Z97va*

[A3-B3] Item pena mensuratur | secundum quantitatem offense; *N122va*  
 set in omni peccato est offensa infinita; ergo omni peccato debetur  
 pena infinita. Maior patet. Minor probatur, quia offensa mensuratur  
 20 secundum dignitatem eius qui offenditur; set per omne peccatum  
 Deus, qui est infinite dignitatis, offenditur. Quod patet ex eo quod  
 ipse punit omne peccatum; punitio autem effectus est offensam mani-  
 festans; ergo in omni peccato est offensa infinita et ei debetur pena  
 infinita; et ita peccatum mortale et ueniale non differunt ratione pene.

[A4-B4] In contrarium est dictum commune et MAGISTER, qui 25  
dicit in littera quod mortale obligat nos pene eterne, ueniale uero pene  
temporali.

[A5-B5] Responso. Videnda sunt \*tria\*. Primum \*est qualis sit  
diuisio peccati per mortale et ueniale. Secundum\* erit quid sit pecca-  
tum mortale et quid ueniale et quare sic uocentur. \*Tertium\* erit de 30  
pena debita utrique, et hoc tangitur in argumentis.

M299va [A6-B6] Quantum ad primum sciendum | est quod  
duplex est modus diuidendi aliquod commune in ea que sub  
ipso sunt, sicut est duplex communitas. Est enim quoddam  
commune uniuocum ad ea de quibus dicitur et in que diuidi-  
tur, sicut animal et quodlibet genus diuiditur in suas species et  
species in indiuidua; aliud est commune analogum, quod non  
uniuoce dicitur de hiis que sub ipso sunt, set de uno dicitur  
simpliciter et secundum perfectam rationem, de alio autem  
imperfecte et secundum quid, sicut ens de substantia et acci-  
dente, de ente in actu et de ente in potentia. Modo dicunt QVI-  
DAM quod diuisio peccati per ueniale et mortale non sit primo  
modo, set secundo, *quia ratio peccati perfecte et simpliciter inue-  
nitur in peccato mortali, in ueniali uero non, nisi imperfecte et  
secundum quid, quia minimum quod potest esse de ratione peccati  
inuenitur in ueniali, sicut minimum quod potest esse de natura  
entis inuenitur in accidente et in ente in potentia; et hoc ipsum  
nomen ostendit, quia uenia non debetur peccato, nisi secundum  
quandam imperfectionem peccati.*

Istud autem nullam haberet calumpniam, si omne peccatum  
ueniale consisteret in subitis motibus qui preueniunt delibera-

deest B

35

40

45

50

tionem etiam circa materiam peccati mortalis, sicut est subita complacentia mulieris occurrentis, quia omnes tales motus habent rationem peccati secundum quid et imperfecte. Cuius ratio est quia illud est peccatum solum secundum quid quod  
 55 est in potestate nostra solum secundum quid; set motus preuenientes deliberationem non sunt in potestate nostra simpliciter, set solum secundum quid: nichil enim est perfecte et simpliciter in potestate nostra, nisi illud quod sequitur deliberationem per  
 60 quam habemus plenum dominium actuum nostrorum; ergo etc. Set quia peccatum ueniale inuenitur non solum | in subitis motibus, set etiam in actu deliberato cadente super indebitam materiam, sicut cum aliquis sciens et deliberans profert mendacium iocosum, ideo in talibus non uidetur uerum quod dictum  
 65 est, scilicet quod peccatum diuidatur in mortale et ueniale per modum analogi dicti de uno simpliciter et perfecte et de alio secundum quid.

Quod patet primo, quia actus uoluntarius simpliciter cadens super materiam simpliciter indebitam est peccatum simpliciter;  
 70 set multa uenialia sunt huiusmodi, ut patet in exemplo adducto et consimilibus; ergo etc.

Secundo, quia in omnibus que analogice dicuntur secundum prius et posterius, perfectum et imperfectum, simpliciter et secundum quid, ratio nominis nulli competit, nisi per attributionem ad unum quod per prius, perfecte et simpliciter dicitur  
 75 tale, uerbi gratia in ente respectu substantie et accidentis, entis in actu et entis in potentia; set peccatum ueniale non dicitur peccatum per attributionem ad peccatum mortale, quia si non esset aliquod peccatum mortale, nichilominus esset dare peccatum ueniale, quod non contingit in hiis que analogice dicuntur,  
 80 quia si non esset substantia, accidens non esset, et si non esset sanitas animalis, nichil diceretur sanum; ergo ratio peccati non conuenit analogice peccato mortali et ueniali, nisi solum accipiendo ueniale quod consistit in subito motu circa materiam peccati mortalis; tale enim dicitur peccatum solum secundum quid et in habitudine ad actum deliberatum circa eandem materiam qui est peccatum mortale.

*deest B**D132rb*

Tertio, quia si unum oppositorum dicitur multipliciter, et reliquum; set actus uirtuosus et peccatum opponuntur; ergo si in peccatis est multiplicitas analogie in participando rationem peccati, in actibus uirtuosis erit similis multiplicitas in participando rationem uirtutis, quod non dicimus comparando actum interiorem interiori uel exteriorem exteriori, licet hoc dictum fuerit in precedente distinctione comparando actus aliarum potentiarum actui uoluntatis, quo etiam modo posuimus analogiam in peccatis; set talis analogia non est inter ueniale et mortale, immo inuenitur tam in ueniali quam | in mortali comparando actum interiorem exteriori; patet ergo quod diuisio peccati per mortale et ueniale non est diuisio analogi, set est diuisio uniuoci, quia ratio peccati simpliciter et uniuoce saluatur in utroque, licet unum sit grauius altero grauitate alterius rationis specialis; nam et species sub genere naturam generis simpliciter participant, una tamen est perfectior altera perfectione differente specificice. Et sic patet primum.

[A7] Circa secundum notandum quod peccatum ueniale dicitur illud de quo de facili uenia habetur. Quod contingit *tripliciter: uno modo, quia causa peccati quandam rationem uenie habet, sicut cum peccatur per ignorantiam uel per infirmitatem ex uehementia passionis. | Secundo modo ex euentu, quia scilicet per aliquid peccato superueniens efficitur pena eius cito solubilis, sicut contritio et confessio superueniens peccato facit penam eius cito solubilem, quia commutat eternam in temporalem. Veniale autem acceptum hiis duobus modis non distinguitur contra mortale, quia mortale potest per ignorantiam fieri, et sic est ueniale ex causa quantum | ad primum,*

deest B

90

95

100

105

110

115 *et iterum illud quod est mortale fit ueniale per contritionem et confessionem, et \*sic\* dicitur ueniale ex euentu quantum ad secundum. Tertio modo dicitur ueniale ex genere actus, uocando genus actus rationem quam sortitur actus ex materia uel obiecto, et sic ueniale distinguitur contra mortale iuxta distinctionem materie in qua peccatur. Hoc modo peccatum est quedam infirmitas anime, et ideo sicut in morbis morbus ille dicitur mortalis qui infallibiliter inducit priuationem principii uite corporalis, sic in peccatis illud dicitur mortale quod inducit priuationem principii uite spiritualis, ueniale autem dicitur illud quod talem priuationem non inducit. Principium autem*

125 *quo uiuimus spiritualiter est caritas, per quam homo bene ordinatur ad Deum et ad proximum; et ideo illud est peccatum mortale ex genere suo quod repugnat dilectioni Dei, ut blasphemia, periurium et huiusmodi, uel dilectioni proximi, sicut homicidium, adulterium et similia. Hec enim et similia peruertunt debitum ordinem subiectionis*

130 *ad Deum et fedus humane societatis ad | proximum, propter quod ex genere suo sunt peccata mortalia. | Quando uero uoluntas peccantis fertur in id quod in se quidem continet quandam inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei aut proximi, | nec tollit ordinem debite subiectionis ad Deum nec fedus humane societatis ad proxi-*

*D132va*  
*M299vb*  
*O101r*

mum, *sicut uerbum otiosum, risus superfluus et similia, talia dicuntur* 135  
*uenialia ex genere. Et hoc fuit \*secundum\*.*

[A8-B7] Quantum ad \*tertium\*, scilicet \*qualis et\* quanta pena  
*Mu158ra* debeatur utriusque, | sciendum est quod, licet ex culpa oriatur rea-  
 tus pene ut reparetur iustitia per penam que lesa fuerat per culpam,  
 tamen commensuratio pene ad culpam non attenditur quantum ad 140  
*N122vb* durationem in aliquo iudicio diuino uel humano. *Non enim quia |*  
*homicidium uel adulterium in momento committuntur, propter hoc*  
*momentanea pena puniuntur, set quandoque quidem perpetuo carcere uel*  
*exilio, quandoque etiam morte, in qua non consideratur occisionis mora,*  
*set potius quod in perpetuum auferatur a societate uiuentium.* Item nec 145  
 proportionatur pena culpe quoad acerbitatem, sic ut solum ita intense  
 affligatur quis in pena quam intense delectatus fuit in culpa. Constat  
 enim quod multo plus affligitur quis cum occiditur propter crimen  
 homicidii commissi quam possit delectari committendo homicidium.  
 Nec istud est contra illud quod dicitur Apoc. 18: *Quantum glori-* 150  
*ficauit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum,* quia  
 non est sensus quod debeat equari tristitia uel dolor pene delectationi  
 culpe, set est sensus quod in generali, sicut excedit culpa culpam, sic  
 pena penam; delectationi tamen culpe non oportet equari dolorem

- 155 pene, maxime cum contingat hominem plus delectari in aliquo ueniali  
 | quandoque, cui debetur leuior pena, quam in aliquo mortali, cui *M300ra*  
 debetur | \*grauior\* pena. Quid ergo? In quo \*attenditur\* commensu- *F143va*  
 ratio pene ad culpam, ex quo non attenditur | secundum durationem *O101v*  
 \*nec\* secundum equalitatem delectationis culpe et acerbitalis pene?
- 160 Dicendum quod attenditur secundum grauitatem iniurie et offense  
 illius in quem committitur, siue sit persona siue res publica. Cuius  
 ratio est quia culpe debetur pena in quantum est iniusta, ut patet ex  
 predictis; set culpa est iniusta non ratione delectationis uel more,  
 set ratione iniurie, offense uel lesionis redundantis in alterum; ergo
- 165 secundum hoc debetur ei pena et secundum illud est commensuranda.  
 Ex hoc ad propositum dicendum quod peccato mortali debetur pena  
 eterna, non autem ueniali. Quod patet, quia | sicut est in ciuilitate *Z97vb*  
 mundana, sic suo modo debet esse in ciuilitate diuina; set in ciuilitate  
 mundana sic est quod ille qui ex culpa sua totaliter | subuertit, quan- *V211vb*
- 170 tum in se est, pacem et amicitiam ciuium ad inuicem uel obedientiam  
 ad principem, meretur extirpari totaliter a ciuilitate per mortem, exi-  
 lium uel perpetuum carcerem; sic enim recompensatur, prout possibile  
 est, per penam lesio communitatis facta per culpam. Et hec pena, licet  
 non sit simpliciter perpetua, est tamen perpetua secundum capacita-
- 175 tem subiecti \*et\* secundum intentionem legis quoad hoc ut in perpe-



*A84rb* tuum | simpliciter non reuocetur ad societatem communitatis contra  
 quam deliquit; ergo eodem modo debet esse in ciuilitate diuina in qua  
 congregantur homines lege fidei et caritatis, quod ille qui subuertit  
 quantum in se est ordinem caritatis ad proximum uel subiectionis  
 ad Deum meretur extirpari totaliter a ciuilitate per mortem, exilium 180  
 uel carcerem. Hee autem pene simpliciter perpetue sunt in ciuilitate  
*M300rb* diuina, | scilicet mors secunda, | exilium a patria et carcer inferni, quia  
*O102r* et subiectum susceptiuum | istarum penarum perpetuo durabit. Per  
*Mu158rb* solum autem peccatum mortale fit talis subuersio in ciuilitate diui-  
 na, ut apparet ex dictis in \*secundo\* membro questionis, quare soli 185  
 peccato mortali debetur pena eterna. Hoc tamen misericordie habet  
*N123ra* ciuilitas | diuina supra mundanam quod peccanti quantumcumque  
 grauiter contra ciuilitatem diuinam superest usque ad mortem corpo-  
 ris locus penitentiae ad satisfaciendum pro culpa et ut reuocetur ad sta-  
 tum pristinum, quod non sit \*de\* ciuilitate mundana. 190  
 [A9-B8] Ad primum argumentum dicendum quod omne pecca-  
*D132vb* tum est contra legem Dei naturalem uel inspiratam uel | ab eis deriuatam.  
 Nec tamen omne peccatum est mortale, quia in qualibet lege  
 sunt aliqua precepta et prohibitiones de hiis que necessaria sunt ad  
 custodiam ciuilitatis et sine quibus dissiparetur ciuilitas, et facere 195  
 contra hec est peccatum mortale, alia uero sunt que inducuntur a lege

non tamquam necessaria simpliciter, quasi sine eis non staret bonum  
 ciuilitatis, set tamquam facientia ad perfectionem et decorem ciuilita-  
 tis, et quorum opposita habent quidem aliquam inordinationem, set  
 200 non subuertentem ciuilitatem, et facere contra talia non est peccatum  
 mortale in aliqua lege. Quod autem dicunt QVIDAM, quod dictum  
 AVGVSTINI solum intelligitur de peccato mortali, quod est simpliciter  
 peccatum, non uideo, quia mentiri iocose est directe contra dictamen  
 legis naturalis et non solum preter, et idem est de omnibus que ex  
 205 genere suo sunt peccata uenialia; propter quod tenenda est [prima]  
 solutio.

[A10-B9] Ad secundum dicendum quod peccatum dicitur mortale  
 quia priuat caritatem per quam est uita spiritualis, et quia meretur  
 penam eternam, | que dicitur *mors secunda*. Et quod | dicitur, quod *F143vb*  
 210 istam penam meretur omne peccatum, dicendum quod falsum est. *O102v*

Ad probationem, cum dicitur quod istam penam meretur peccatum *M300va*  
 originale, quod minimum habet de ratione peccati, dicendum quod,  
 sicut patet ex hiis que dicta sunt dist. 30, peccatum originale non  
 est in nobis proprie culpa, set reatus et pena dampni quam patiun-  
 215 tur decedentes sine baptismo, \*et\* est pena nobis debita pro peccato  
 actuali mortali ipsius Ade et non pro aliquo quod habeat in nobis  
 rationem peccati; ideo ratio falsum supponit.

[A11-B10] Ad tertium dicendum quod offensa dicitur dupliciter: uno modo proprie, scilicet factum pro quo amittitur gratia eius qui offenditur, et talis offensa Dei non est in peccato ueniali, set tantum 220 in mortali, quod priuat gratiam; talis etiam offensa meretur penam infinitam; alio modo accipitur offensa communiter pro omni facto quod meretur qualemcumque penam, et talis offensa est in peccato ueniali que non est offensa simpliciter eo quod non tollit gratiam nec 225 peruertit totaliter ordinem subiectionis ad Deum uel dilectionis ad proximum, et ideo non meretur penam eternam.

<QUESTIO QVARTA

VTRVM RADICES PECCANDI BENE ASSIGNENTVR IN LITTERA>

[A1-B1] \*Deinde\* queritur utrum radices peccandi bene assignentur in littera. Et uidetur quod non, quia *illud ex quo aliquid nascitur potest dici radix eius; set timor nascitur ex amore; ergo amor est radix 5 timoris*; non ergo timor est distincta radix peccandi contra amorem.

[A2-B2] Ad idem est quod dicit AVGVSTINVS XIV De ciuitate Dei, quod *sicut amor Dei facit ciuitatem Dei, sic nimius amor sui Mu158va facit ciuitatem Babylonis*; ergo solus amor male | inflammans est radix omnium peccatorum.

[A3-B3] Item \*I Ad\* Tim. ultimo dicitur quod *radix omnium*  
 | *malorum est cupiditas* et idem dicitur | de superbia Eccl. 10, quod *Z98ra*  
*initium omnis peccati* | est *superbia*; et tamen hee due radices non *M300vb*  
 nominantur in littera; ergo male. *N123rb*

15 [A4-B4] Item multa peccata fiunt que non habent originem ex pre- *O103r*  
 dictis, sicut illa que fiunt per ignorantiam; ergo insufficienter enume-  
 rantur radices peccandi.

[A5-B5] In contrarium est \*MAGISTER\* in littera.

[A6-B6] Responsio. Radix inuenitur proprie in plantis, tran-  
 20 sumptiue autem in peccatis propter aliquam similitudinem hic et ibi  
 repertam. Radix enim in plantis proprie dicta est illud ex quo planta  
 consurgit, fomentum habet et conualescit, et similiter in peccatis illud  
 ex quo peccatum germinat uel consurgit, fomentum habet et conua-  
 lescit, dicitur radix peccati. Peccatum autem consurgit uel oritur quan-  
 25 doque quidem ex alio peccato, ut dictum fuit supra dist. 36, quan-  
 doque autem ex aliquo quod non est peccatum, set est pronitas ad  
 peccandum, que potest esse uel innata, sicut ex corruptione originalis  
 | peccati inest nobis pronitas ad mala, uel potest esse acquisita, sicut ex *V212ra*  
 habitu uitioso causato ex actibus inest nobis pronitas ad operandum  
 30 secundum illum habitum; set quia habitus causatur ex actu, ideo origo

peccati ex inclinatione habitus reducitur ad originem peccati ex peccato, propter quod dimittatur et solum dicatur de aliis duobus modis.

[A7-B7] Quantum ad primum modum, scilicet cum peccatum  
*D133ra* oritur ex peccato, sumuntur | radices peccandi hoc modo. In actibus  
 uoluntariis, cuiusmodi sunt peccata, duplex ordo inuenitur, scilicet 35  
 intentionis et executionis; in ordine intentionis finis habet rationem  
 principii ex quo totus processus deriuatur, set in ordine executionis  
 illud habet rationem principii quod prebet facultatem perueniendi ad  
*O103v* omne | intentum; in ordine \*ergo\* | intentionis superbia est \*initium  
*F144ra* uel radix\* omnium uitiorum, set in ordine executionis principium et 40  
 radix est cupiditas.

*M301ra* Quod probatur primo de superbia | sic. Ex illo oriuntur omnia uitia,  
 quantum ad ordinem intentionis, quod est finis propter quem appe-  
 tuntur omnia que inordinate appetuntur; set superbia est huiusmodi:  
 finis enim in omnibus commutabilibus bonis appetendis est ut homo 45  
 eis utatur propter se, unde et *nos sumus quodammodo finis omnium*  
 que ueniunt in usum nostrum; propter quod, si amor hominis ad se  
 ipsum est inordinatus, ex ipso orietur omnis inordinatus appetitus  
*A84va* | bonorum commutabilium; *superbia* autem est inordinatus *amor*  
*proprie excellentie* ad quam obtinendam omne bonum commutabile 50  
 potest aliquid cooperari; ergo ex superbia nata sunt oriri omnia uitia.  
 Et idem \* de inordinato amore sui. Ad idem enim pertinet utrumque.  
 Timor autem male humilians, licet possit dici proxima radix aliquo-  
 rum peccatorum, tamen non potest esse prima; semper enim oritur

55 ex amore, sicut arguebatur; ex eo enim quod aliquid male diligitur,  
omnia impediencia male timentur.

Quod autem in ordine executionis cupiditas sit radix, patet sic. Illud  
quod prebet facultatem adimplendi omne malum desiderium est radix  
et origo omnium uitiorum; set diuitie, quarum appetitus est cupiditas,  
60 sunt huiusmodi, eo quod ad habenda quecumque bona commutabilia  
potest homo iuuari pecunia, secundum quod dicitur Eccl. 10: *pecu-*  
*nie* obediunt | *omnia*; ergo | cupiditas diuitiarum est radix omnium | *Mu158vb*  
peccatorum. *N123va*

Et sic patet quid sit radix peccandi, cum peccatum oritur ex pec- *O104r*  
65 cato.

[A8-B8] Cum autem peccatum oritur ex aliquo quod non est pec-  
catum, set pronitas ad peccandum, non quecumque, set innata ex  
corruptione nature per peccatum originale, sic radices peccandi sunt  
adhuc cupiditas et superbia; sumuntur autem aliter quam prius: cupi-  
70 ditas enim \*tripliciter dicitur\* | et similiter superbia. *M301rb*

Primo modo dicitur cupiditas inordinatus appetitus diuitiarum et  
superbia inordinatus appetitus proprie excellentie, et sic quodlibet  
eorum est speciale peccatum. Secundo modo dicitur cupiditas inordi-  
natus appetitus cuiuscumque boni commutabilis et similiter superbia  
75 dicitur contemptus legis quoad hunc effectum, qui est non obedire  
legi, et hoc modo cupiditas et superbia sunt aliquid commune ad  
omne peccatum: nam in omni peccato est \* inordinata conuersio ad  
bonum commutabile, et ideo cupiditas | est deuiatio a lege diuina, et *Z98rb*

ideo superbia. Tertio modo dicitur cupiditas quedam pronitas nature corrupte ad bona corruptibilia inordinate appetenda et superbia simi- 80  
liter dicitur pronitas ad contemptum legis Dei, et hoc modo cupiditas dicitur radix omnium peccatorum, quia ex inordinata inclinatione uel pronitate ad bona commutabilia omne peccatum procedit; superbia uero dicitur initium peccatorum et non radix, quia se tenet ex parte auersionis a Deo, cuius legi homo subdi recusat, et ideo initium dici 85  
potest, set non radix, quia radice est influere positie. Ex parte autem auersionis nullus est influxus, ex qua parte attenditur superbia isto ter-  
tio modo accepta.

[A9-B9] Hec autem, licet uera sint quantum ad id quod affirmatiue continent, tamen non sunt uera quantum ad id quod negatiue 90  
*O104v* innuunt. Innuunt enim | quod cupiditas, que est inordinatus appetitus diuitiarum, et superbia, prout dicit inordinatum appetitum proprie excellentie, sunt peccata specialia et non radices peccandi, set  
*F144rb* solum prout sumuntur tertio modo pro pronitate nature corrupte | ad inordinate appetendum bona commutabilia et ad contemptum 95  
*M301va* legis diuine, | quod non est uerum \*neque\* secundum intentionem |  
*D133rb* Scripture. APOSTOLVS enim, qui dicit quod *radix omnium malorum est cupiditas*, manifeste loquitur de cupiditate secundum quod est \*appe-

titus inordinatus\* diuitiarum. Quod patet ex hiis que premitit: *qui*,  
 100 inquit, *uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum et in temptationem*  
 diaboli. Similiter Sapiens qui dicit Eccl. 10 quod *initium omnis*  
*peccati superbia*, manifeste loquitur de superbia prout est inordinatus  
 appetitus proprie excellentie, ut patet per id quod subdit: *sedes ducum*  
*superborum destruxit Deus*, et quedam similia. Et de hac materia loqui-  
 105 tur per magnam partem capituli. Et ideo superbia et cupiditas, que  
 sunt specialia peccata, sunt | etiam radices aliorum peccatorum: super- V212rb  
 bia quidem in ordine intentionis, cupiditas uero | in ordine execu- Mu159ra  
 tionis propter rationes prius dictas. Dicuntur autem radices omnium  
 peccatorum, non quia semper ex hiis omnia peccata oriantur, set quia  
 110 | ut in pluribus nata sunt oriri. *In moralibus enim consideratur quod in* N123vb  
*pluribus est, non quod semper*. Vnde et hec ipsa quandoque ex \*aliquo\*  
 alio peccato oriuntur.

[A10-B10] Per hoc patet responsio ad prima tria argumenta, preter  
 id quod in tertio argumento tangitur, quod MAGISTER non facit men-  
 115 tionem, quod superbia et cupiditas sint radices peccandi. Et dicendum  
 quod MAGISTER per 'amorem male | inflammantem' innuit superbiam, O105r  
 ut dictum fuit. De cupiditate autem non loquitur, quia non assignat  
 radices peccandi secundum ordinem executionis, secundum quem  
 radix est cupiditas, set solum secundum ordinem intentionis, in quo  
 120 completur uera ratio peccati, etiamsi non demandetur executioni.



[A11-B11] Ad quartum dicendum quod peccata non proueniunt  
*M301vb* ex errore uel ignorantia, nisi | sicut a causa remouente prohibens: tunc  
 enim peccat quis per errorem uel ignorantiam, quando, si sciret esse  
 peccatum uel aliquid tale, non faceret; error ergo uel ignorantia causat  
 culpam \*solum\*, quia tollit scientiam que prohiberet \*culpam fieri\*. 125  
 Causa autem remouens prohibens, cum non sit causa per se set per  
 accidens, non dicitur proprie causa, nec proprie cadit sub arte; propter  
 quod ignorantia uel error non dicitur proprie radix uel initium pec-  
 candi.

<QUESTIO QVINTA

VTRVM VITIA CAPITALIA CONVENIENTER DISTINGVANTVR PER ILLA  
 SEPTEM QVE SVNT SVPERBIA, AVARITIA, LVXVRIA ETC.>

[A1-B1] Postea queritur utrum uitia capitalia conuenienter di-  
 stinguantur per illa septem que sunt superbia, auaritia, \*luxuria\* etc. 5  
 Et uidetur quod non, quia *ita uidetur se habere caput ad animalia sicut  
 radix ad plantas, ut in II De anima dicitur; nam radices sunt ori  
 similes*; igitur, cum in peccatis caput et radix dicantur transumptiue \*et  
 per similitudinem\*, illa sola peccata debent dici capitalia que dicuntur

10 radices aliorum; set illa septem que enumerantur in littera non dicuntur radices peccatorum, set solum duo ex ipsis, ut patet ex precedente questione; ergo non debent dici capitalia, nisi illa duo tantum, scilicet superbia et auaritia.

[A2-B2] Item uitia capitalia dicuntur quia pena capitis puniuntur; set inter illa septem multa sunt que non puniuntur pena capitis, immo  
15 singula ex ipsis possunt esse uenialia uel mortalia, quedam etiam alia sunt que predicta pena puniuntur, ut homicidium | et furtum et huius- *O105v*  
modi, que non continentur in illis septem; ergo male enumerantur.

[A3-B3] In contrarium est MAGISTER in littera et | GREGORIVS *Z98va*  
20 XXXI M o r a l i u m , ubi predicta uitia enumerans uocat ea capitalia.

[A4-B4] Responsio. Sicut nomen radices | non dicitur in pecca- *F144va*  
tis proprie, set transumptiue, sic | et | nomen capitis. Caput enim in *A84vb*  
homine est membrum sub quo cetera ordinantur et continentur, et in *M302ra*  
peccatis illud dicitur capitale quod multa continet et sub quo multa  
25 peccata ordinantur. Peccatum autem dicitur aliud continere dupli-  
citer. Vno modo secundum rationem originis: unumquodque enim  
dicitur aliquo modo contineri in suo principio originali, et peccatum  
quod sic continet aliud dicitur radix eius, ut patet ex precedente ques-  
tione. Alio modo dicitur unum peccatum continere aliud secundum

rationem uniuersalitatatis, sicut genus continet sub se suas species, et 30  
*Mu159rb* peccatum quod sic \*alia continet\* dicitur | capitale, ita quod diuisio  
*D133va* peccati generaliter sumpti per uitia capitalia est diuisio | quasi generis  
*N124ra* generalissimi in ea que immediate sub ipso | continentur et alia sub  
 se continent; propter quod capitalia dicuntur et talia sunt illa septem.  
 Quod potest uideri sic. Omne peccatum consistit in deordinato appe- 35  
 titu boni apparentis uel in deordinata fuga mali apparentis. Apparens  
 \* bonum uel apparet honestum, quod appetit superbia, uel utile, quod  
 appetit auaritia, uel delectabile, quod appetit carnalis concupiscentia.  
 Et hec sunt tria uitia capitalia que enumerat beatus I o h . in I C a n o -  
 n i c a 2 cap. dicens: *omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est 40*  
*et concupiscentia oculorum et superbia uite.* Omne enim peccatum quod  
 consistit in deordinato appetitu boni apparentis continetur sub aliquo  
 istorum trium. Carnalis autem concupiscentia, que respicit apparens  
 delectabile, diuiditur secundum diuisionem \*sui obiecti\*: nam quod- 45  
*O106r* delectabile tactui, quod inordinate appetit luxuria, et est aliud  
*M302rb* delectabile gustui, quod inordinate | appetit gula. In tactu enim et  
 gustu maior est delectatio quam in aliis sensibus, et circa eorum obiec-  
 ta magis | contingit peccare. Et sic habemus quatuor uitia capitalia que  
 consistunt in deordinato appetitu boni apparentis.

50 Malum autem apparens quod inordinate fugit appetitus, quod tamen secundum ueritatem est bonum, est duplex: uel in ipso, et hoc fugit | accidia, per quam homo renuit laborare uel aliquid triste sustinere propter acquisitionem boni uirtutis, uel in altero, et illud uel est bonum nature, quod refugit ira, per quam homo consurgit in alterum  
 55 quem estimat sibi nociuum, uel est bonum superadditum quod refugit inuidia, que est tristitia de bono alterius quod estimatur esse in diminutionem boni proprii. V212va

Et ita in uniuerso sunt septem uitia capitalia, sub quibus fere omnia uitia continentur.

60 [A5-B5] Ad primum argumentum dicendum quod peccatum ex alia proprietate dicitur radix et ex alia \*dicitur\* caput. Radix enim dicitur ex proprietate originis, que non conuenit nisi cupiditati et superbie, set caput dicitur ex hoc quod plura sub se continet per modum uniuersalis, quod competit hiis septem que dicta sunt.

65 [A6-B6] Ad secundum dicendum quod peccatum non dicitur capitale quia puniatur pena capitis, set propter causam que dicta est. Abusiue etiam dicuntur septem peccata mortalia, cum secundum singula eorum contingat peccare uenialiter quandoque et quandoque mortaliter, sicut arguebatur.

## &lt;QVESTIO SEXTA

## VTRVM OMNIA PECCATA SINT PARIA&gt;

[A1-B1] \*Postmodum\* queritur utrum omnia peccata sint paria. Et uidetur quod sic, quia peccare est transgredi *regulam rationis, que ita se habet ad actus humanos, sicut regula linearis se habet ad actus* 5 corporales; *ergo peccare simile est ei quod est lineas transilire; set lineam transilire | de qua prohibitum esset quod non transiliretur, est equaliter* 10 *O106v et uno modo, etiam si aliquis propinquius stet uel longius | recedat, et esset equalis transgressio, si preceptum esset lineam non transgredi; ergo peccare contingit equaliter et uno modo.*

[A2-B2] Item ibi uidetur esse \*equalis culpa\*, ubi equaliter priuatur gratia; set in omni peccato mortali equaliter priuatur gratia, quia totaliter; ergo omnia peccata mortalia sunt equalia.

[A3-B3] In contrarium est quia \*sic\* peccatum opponitur uirtuti, 15 *N124rb | \*sicut\* falsitas ueritati; set falso contingit dare magis falsum: magis enim falsum est quod est | falsum et impossibile quam falsum contin-* 20 *Mu159va gens; ergo est dare unum peccatum peius altero.*

[A4-B4] Ad idem est quod dicitur I o h. 19: *Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet.* Constat autem quod Pilatus, cui hoc

20 dictum fuit, aliquod peccatum habuit; ergo est dare peccatum maius peccato.

[A5-B5] Responso. Peccata possunt comparari quoad grauitatem tripliciter. Primo comparando ad inuicem peccata diuersorum generum, puta mortale et ueniale. Secundo comparando peccata diuersarum specierum, siue mortale mortali, puta furtum homicidio, uel  
25 ueniale ueniali. Tertio comparando inuicem peccata | eiusdem speciei, *Z98vb* puta furtum furto uel mendacium mendacio. Quibuscumque autem modis comparentur peccata, dicendum quod non sunt paria, set est unum grauius altero.

30 [A6-B6] Quod apparet primo comparando ueniale mortali sic. Peccatum est priuatio debite rectitudinis in actu; illud igitur in | pec- *D133vb* catis est peius quod tollit ab actu rectitudinem magis debitam; set peccatum mortale tollit ab actu rectitudinem magis debitam quam ueniale; ergo etc. Maior patet, set minor probatur, quia peccatum  
35 mortale priuat rectitudinem debite subiectionis | ad Deum uel debite *O107r* caritatis et societatis ad proximum, ut patet ex precedentibus; ueniale autem, puta mendacium iocosum, talem rectitudinem, que in actibus humanis est maxime debita, non priuat, licet priuet rectum ordinem signi ad suum signatum, que in moribus | non est adeo debita sicut *M302vb*  
40 prima; quare etc.

[A7-B7] Secundo patet idem comparando peccata eiusdem generis set diuersarum specierum, puta comparando peccata mortalia diuer-

sarum specierum inter se, quia inordinatio que est circa finem peior et grauior est deordinatione que contingit circa ea que sunt ad finem, quia ordo et rectitudo eorum que sunt ad finem sumitur ex fine; set 45 inter peccata mortalia quedam directe deordinant ab ipso fine, quedam uero in hiis que sunt ad finem: uerbi gratia res exteriores ordinantur ad hominem tamquam ad finem, qui ulterius ordinatur ad Deum; unde peccatum quod directe deordinat nos erga Deum, sicut infidelitas uel blasphemia, est grauissimum, quia est contra finem 50 ultimum; deinde illud quod committitur in proximum quantum ad eius personam, sicut homicidium, quia homo est finis sub fine; ultimo illud quod deordinat circa res exteriores, ut furtum, quia res exteriores solum habent rationem eius quod est ad finem; ideo etc. Quod autem dictum est, quod non omne peccatum mortale deordinat a fine, intel- 55 ligendum est \*quantum ad obiectum\*, quia non omne peccatum

*A85ra*

*F145ra*

*O107v*

*V212vb*

*N124va*

*M303ra*

*Mu150vb*

habet finem pro obiecto, meritorie autem omne peccatum mortale | a fine et \*executione\* finis deordinat. Item circa eandem materiam contingit uirtus et uitium opposito modo et forte priuatiuo, quia actus redditur uitiosus ex sola carentia perfectionis debite actui uirtuoso; set 60 in uirtutibus una inuenitur potior alia, sicut iustitia | preeminet inter omnes uirtutes | morales, ut dicit Tvllivs libro De officiis; ergo inter uitia unum est grauius | \*alio\*. Et probatur consequentia, quia priuationes correspondent habitibus.

[A8-B8] Tertio patet idem comparando peccata eiusdem speciei 65 inter se. Primo ex parte peccantis, quia actus intensior in bonis est melior et in malis peior; set duorum peccantium secundum eandem speciem peccati contingit uoluntatem unius intensius ferri | in obie-

tum quam uoluntatem alterius; quare etc. Maior patet, set minor pro-  
 70 batur. Sunt enim alique cause que augent uoluntarium, sicut habitus  
 uitiosus, quedam uero diminuunt ipsum et miscent cum inuolunta-  
 rio, sicut metus, uiolentia et similiter ignorantia que tollit iudicium  
 rationis; propter quod intensius et grauius peccat qui peccat ex habitu  
 75 quam qui peccat ex ignorantia, metu uel uiolentia passionis. Idem  
 patet secundo ex parte circumstantiarum sic. Ille actus est peior qui  
 corrumpit plures bonas circumstantias quam qui unam tantum; set  
 inter peccata eiusdem speciei istud inuenitur, quod unus actus cor-  
 rumpit plures bonas circumstantias, alius autem unam tantum, sicut  
 prodigus qui dat cui non oportet et quando non oportet, plus omit-  
 80 tit de circumstantiis liberalitatis quam qui dat cui oportet, set non  
 quando oportet; ergo etc. Item secundum eandem circumstantiam in  
 specie ille actus est peior cuius circumstantia est deterior; set in pec-  
 catis eiusdem speciei circumstantia eadem secundum speciem potest  
 esse in uno peior quam in alio, sicut in furto. Supposito enim quod  
 85 res aliena sit furtiue ablata, quantitas rei auget uel minuit grauitatem  
 furti: grauius enim est subtrahere alicui multum quam parum, sicut  
 econtrario seruato modo | uirtutis uirtuosius est dare multum quam *O108r*  
 parum; ergo etc.



Patet igitur quod qualitercumque comparentur, peccata non sunt  
*Z99ra* paria, set semper inuenitur uel potest inueniri inter ea inequalitas. Et | 90  
*M303rb* hoc est quod dicit AVGVSTINVS ad H i e r o n y m u m : *Clarissima* | *dis-*  
*putatione tua satis apparuit non placuisse auctoribus nostris, immo nec*  
*ipsi ueritati, omnia peccata esse paria.*

[A9-B9] Ad primum argumentum dicendum quod ratio illa in  
 multis defficit. Primo, quia regula rationis non est una tantum, nec 95  
 circa unam materiam, set circa plures. Et licet in omni materia sit  
*D134ra* seruanda regula rationis, tamen | magis est seruanda in una quam in  
 alia, ut declaratum fuit in corpore solutionis. Propter quod grauior  
 est transgressio in una quam in alia, sicut de pluribus lineis prohibi-  
 tis transgredi peius esset transgredi illam que esset prohibita sub pena 100  
 mortis quam illam que esset prohibita sub pena minore.

Secundo, quia regula rationis circa unam et eandem materiam re-  
 spicit multa et non unum tantum. Bonum enim uirtutis est ex obiecto  
 et \* omnibus circumstantiis, et ideo peior est transgressio omnium  
 circumstantiarum quam unius tantum; non sic autem est de transitu 105  
 linee prohibite, quia ibi non est nisi una mala circumstantia, scilicet  
 transgressio prohibitionis.

Tertio, quia licet peccatum semper sit quedam transgressio regule  
 rationis, tamen tota grauitas peccati non attenditur ex sola transgres-

110 sione, set pensatur etiam ex maiori uel minori uoluntate transgredien-  
tis. Ideo insufficienter | \*arguitur\*.

*F145rb*

[A10-B10] Ad secundum dicendum | per interemptionem maioris.

*N124vb*

Per omne enim peccatum mortale priuatur totaliter gratia, non quia  
omnia sint paria, set quia omne peccatum mortale natum est tollere  
115 ordinem subiectionis ad Deum uel fedus humane societatis ad proxi-  
mum; talis autem qui sic facit habendus est in ciuilitate | tamquam  
hostis, | ad quem non habetur gratia; \*ideo etc.\*

*O108v*

*Mu160ra*

<DISTINCTIO QVADRAGESIMA TERTIA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM SIT ALIQVOD PECCATVM IN SPIRITVM SANCTVM>

[A1-B1] *Est preterea aliud genus peccati* \*etc.\* Circa distinctionem istam primo queritur utrum sit aliquod peccatum in Spiritum Sanctum. Et uidetur quod non, quia una est maiestas Patris et Filii et Spiritus Sancti; set nullum peccatum dicitur committi in Patrem aut in Filium; ergo nec in Spiritum Sanctum. 5

[A2-B2] Item MAGISTER dicit hic quod illi peccant in Spiritum Sanctum *quibus malitia propter se placet*; set malitia nulli potest placere secundum se, idest inquantum malitia, quia nichil appetitur nisi sub \*aliqua\* ratione boni: nullus enim aspiciens ad malum operatur, ut dicit DYONISIVS; ergo nullus potest peccare in Spiritum Sanctum. 10

[A3-B3] Item si aliquod esset peccatum in Spiritum Sanctum, hoc uideretur maxime de peccato ad mortem, de quo loquitur Ioh. prima Canonica, 5 cap., quod etiam MAGISTER dicit in littera; set illud non potest esse peccatum in Spiritum Sanctum, ut probabitur; ergo nullum. Probatio minoris: omne peccatum mortale est pec- 15

catum ad mortem; set non omne peccatum mortale est peccatum in  
 20 Spiritum Sanctum, quia frustra fieret specialis mentio de ipso; ergo  
 etc.

[A4-B4] In contrarium est quod Dominus dixit *Matth. 12: Qui  
 dixerit contra Spiritum Sanctum uerbum non remittetur ei*; et simile  
 habetur *Marc. 3*.

25 [A5-B5] Responsio. Quod sit aliquod peccatum in Spiritum Sanc-  
 tum, originaliter habetur ex preallegatis locis Scripture. Doctores autem  
 posterius de hac materia loquentes ampliauerunt eam, non | modicum *V213ra*  
 diuertentes a prima intentione Scripture. Et ideo sic procedetur, quia  
 primo ostendetur quid sit peccatum in Spiritum Sanctum secundum  
 30 Scripture intentionem et secundum doctorum traditionem. Secundo,  
 ostendetur que et quot sunt species peccati in Spiritum | Sanctum. *M303vb*

[A6-B6] Quantum ad primum sciendum est quod secundum  
 intentionem Scripture | peccatum in Spiritum Sanctum dicitur blas- *O109r*  
 phemia prolata *contra Spiritum Sanctum, si Spiritus Sanctus accipia-*  
 35 *tur* pro eo quod est commune *toti Trinitati, prout quelibet persona*  
*potest dici spiritus et sancta uel sanctus, et sic accipitur spiritus* \* *Ioh.*  
*4, ubi dicitur: | Deus spiritus est. Et sic distinguitur Matth. 12 et* *A85rb*

Marc. 3 *blasphemia in Spiritum Sanctum contra blasphemiam in Filium hominis. Christus enim operabatur quedam humanitus, comedendo et bibendo et alia huiusmodi faciendo, et quedam diuinitus, scilicet demones eiciendo et alia miracula faciendo per uirtutem proprie diuinitatis. Iudei ergo dixerunt primo quedam blasphema contra Filium hominis, dicentes, ut habetur Matth. 11: Vorax est et potator uini, amicus publicanorum et peccatorum. Postmodum \*autem\* blasphemauerunt in Spiritum Sanctum dum opera que Christus faciebat uirtute proprie diuinitatis et operatione Spiritus Sancti attribuebant principi demoniorum dicentes: In Beelzebub principe demoniorum eicit demonia.* Et hec | blasphemia uocatur ibi peccatum in Spiritum Sanctum secundum intentionem Scripture, quam | sequuntur antiqui doctores ATHANASIVS, HILARIVS, AMBROSIVS, HIERONYMVS et CRYSTOMVS.

N125ra [A7-B7] Secundo modo accipitur peccatum in Spiritum Sanctum | ab AVGVSTINO pro finali impenitentia, *quando scilicet aliquis perseuerat in peccato mortali usque ad finem.* Et dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, *quia est contra remissionem peccatorum, | que attribuitur Spiritui Sancto.*

[A8-B8] Posteriores \*autem\* DOCTORES aliter accipiunt peccatum in Spiritum Sanctum, | scilicet *quando peccatur contra appropriatum Spiritus Sancti*, quod est *bonitas*. Sicut enim *Patri appropriatur* *FI45va*  
60 *potentia et Filio sapientia*, | sic Spiritui Sancto *bonitas*. Cum igitur *M304ra*  
quis *peccat ex infirmitate*, dicitur peccare *in Patrem*; cum *ex ignorantia*, dicitur peccare *in Filium*; cum autem *ex malitia*, dicitur peccare *in Spiritum Sanctum*, nisi quod peccare ex | *malitia uel ex electione* *O109v*  
65 *habitus uitiosi, qui malitia dicitur, et sic peccare ex malitia non est peccare in Spiritum Sanctum; alio modo contingit ex hoc quod per contemptum abicitur \*illud\* quod poterat peccatum impedire, sicut spes premiorum et timor suppliciorum retrahunt a perpetratione peccati. Hec autem abiciuntur per presumptionem et desperationem, et*  
70 *quia spes, \*timor et huiusmodi, que nata sunt nos retrahere a peccato, sunt quedam dona Spiritus Sancti in nobis, ideo scienter ea abicere est peccare in Spiritum Sanctum. Et sic patet primum.*

[A9-B9] Circa secundum sciendum est quod peccatum in Spiritum Sanctum primo modo acceptum, scilicet pro blasphemia dicta  
75 contra Spiritum Sanctum, unum peccatum est, nec distinguitur in

illas species quas DOCTORES assignant. Ipsum etiam acceptum secundo  
 modo pro finali impenitentia, sicut AVGVSTINVS accipit in libro D e  
 u e r b i s D o m i n i, non est peccatum secundum se, set circumstan-  
 tia peccati, que potest in quolibet peccato reperiri, dum homo in quo-  
 libet peccatorum potest perseuerare usque ad mortem; et ideo nec sic 80  
 habet species, set est circumstantia in qualibet specie peccati reperta  
 uel reperibilis. Set tertio modo peccatum in Spiritum Sanctum \*diui-  
 ditur\* in sex species tamquam genus, que sunt presumptio, desperatio,  
 impenitentia, obstinatio, impugnatio ueritatis agnite et inuidencia fra-  
 terne gratie. Quod patet sic. Peccatum in Spiritum Sanctum est cum 85  
 ex contemptu abicitur illud quod potest hominem retrahere a peccato,  
 M304rb ut dictum est. Talia | autem sunt quedam *ex parte Dei*, scilicet spes  
 premiorum et timor suppliciorum: primum abicit desperatio, secun-  
 dum abicit presumptio; quedam sunt *ex parte donorum ipsius, quo-*  
 rum unum est *cognitio ueritatis, contra quam est impugnatio ueritatis* 90  
 O110r *agnite, | dum scilicet aliquis ueritatem fidei agnitam gratis impugnat;*  
 aliud est auxilium diuine gratie, quam impugnat inuidencia fraterne  
 gratie, *dum scilicet aliquis inuidet non solum gratie fratris, set gratie*  
*Dei crescenti in mundo.*

Alia duo sunt *ex parte peccati*, scilicet *inordinatio actus, cuius* 95  
*consideratio solet hominem inducere ad penitendum, quia ipsa inordi-*  
*natio reddit actum turpem, et contra hoc est impenitentia, non qui-*

dem ut dicit solam permanentiam in peccato – sic enim non est speciale peccatum, set quedam peccati circumstantia –, set accipitur hic  
 100 impenitentia secundum quod importat propositum non penitendi; aliud est paruitas et breuitas boni quod quis in peccato querit, cuius consideratio solet hominem inducere ad hoc quod eius uoluntas in peccato non firmetur, iuxta quod dicit APOSTOLVS Rom. 6: Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis, et contra hoc  
 105 est obstinatio, | per quam homo firmat propositum suum in hoc quod *N125rb*  
 peccato adhereat.

Alio modo | sumuntur hee due ultime species ex parte hominis cui *V213rb*  
 fit remissio peccatorum, in quo duo requiruntur, scilicet dolor de preterito, contra quem est impenitentia, et propositum cauendi de futuro,  
 110 contra | quod est obstinatio. Nec ista | differunt solum penes preteritum *F145vb*  
 et futurum, set etiam penes ea que priuant, | quia impenitentia priuat *Mu160va*  
 emendam, obstinatio uero cautelam. *D134va*

[A10-B10] Ad primum argumentum dicendum quod sicut est una maiestas | Patris et Filii et Spiritus Sancti, sic est unum peccatum quod *M304va*  
 115 committitur in quemlibet trium dum opera Trinitatis attribuuntur immundo spiritui, sicut Iudei attribuebant expulsionem immundorum spirituum factam per Christum Beelzebub principi demoniorum; et tunc dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, accipiendo Spiritum



*O110v* Sanctum non personaliter, set essentialiter. | Accipiendo autem Spiritum Sanctum personaliter, sic contingit peccare contra Spiritum Sanctum dupliciter: aut male sentiendo de persona Spiritus Sancti, sicut illi male senserunt qui dixerunt ipsum esse ministrum Patris et Filii; aut peccando contra eius attributum, quod est bonitas, quod fit cum ex certa malitia peccatur. Et \*simili\* modo contingit peccare in Patrem et Filium aut male sentiendo de persona Patris aut Filii, aut peccando  
*Z99va* contra eorum attributa, que sunt potentia et sapientia, quod fit | cum peccatur ex infirmitate uel ignorantia. Et ideo ratio falsum supponit, scilicet quod nullum sit peccatum in Patrem et Filium. 120 125

[A11-B11] Ad secundum dicendum quod aliquis dicitur peccare ex malitia, non quia malum sub ratione mali alicui placeat, cum hoc  
*A85va* sit | impossibile, set quia homo non ignorans an sit malum et contra legem Dei id quod proponitur sub specie boni, nec uictus uehementia passionis absorbente ad horam iudicium rationis, sponte eligit \*prosequi\* aliquod delectabile, non obstante quod non latet ipsum illud esse malum et contra legem Dei, iudicat tamen quod melius est legem Dei  
*M304vb* transgredi quam delectatione priuari, et in hoc errat; set non est iste error uel ignorantia que excludat scientiam qua aliquis scit malum esse quod agitur, quo modo dicitur aliquis ex ignorantia | peccare, immo talis sponte claudit oculum rationis ostendentis malum esse quod proponitur, ut ipsum liberius prosequatur. 130 135 140

[A12-B12] Ad tertium dicendum quod non omne peccatum mortale dicitur peccatum ad mortem, sicut de peccato ad mortem loquitur beatus IOHANNES. Est enim mors prima que est priuatio gratie per quam spiritualiter uiuimus, et ad hanc \*inducit\* omne peccatum mortale; set quia ex hac est possibilis | reditus ad uitam Deo principaliter prestante remedium et homine cooperante per liberum arbitrium, 145 *O111r* ideo non quodlibet \*mortale peccatum\* dicitur peccatum ad mortem simpliciter, set solum illud quod sic inducit mortem quod excludit quantum est de se reditum ad uitam. Et tale est illud peccatum quod 150 abicit remedium per quod remittuntur peccata, ut impenitentia, obstinatio, desperatio et huiusmodi, que sunt species peccati in Spiritum Sanctum, sicut et in corporalibus illa infirmitas per excellentiam dicitur ad mortem que inducit *fastidium medicine*.

## &lt;QVESTIO SECVNDA

## VTRVM PECCATVM IN SPIRITVM SANCTVM SIT IRREMISSIBILE&gt;

[A1-B1] Secundo queritur utrum peccatum in Spiritum Sanctum sit irremissibile. Et uidetur quod non, quia esse *irremissibile* *tol-* *lit* | *potentiam remissionis*; si ergo aliquod peccatum sit irremissibile, 5 *N125va*

*aut negatur potentia remissionis ex parte remittentis, quod esse non potest, cum potentia Dei, cuius est remittere peccata, sit infinita ad remissionem omnium peccatorum sufficientissime se extendens, aut negatur potentia ex parte hominis remissionem recipientis, quod etiam non potest dici, cum homo, quamdiu est in statu uie, sit capax* 10

*F146ra* remissionis; | nullo igitur modo peccatum in Spiritum Sanctum est  
*Mu160vb* irremissibile.

[A2-B2] Item potentior est uirtus in bonum quam uitium in  
*M305ra* malum; set | nulla uirtus in presenti confirmat hominem in bono; ergo nullum uitium confirmat in malo; set sola confirmatio in malo 15 impedit remissionem; \*quare\* etc.

[A3-B3] In contrarium est quod dicitur *Matth. 12: Qui dixerit uerbum contra Spiritum Sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro.* Et arguitur per rationem, quia pro omni peccato remissibili est orandum, set pro peccato ad mortem, quod *MAGI-* 20  
*D134vb* *STER* dicit esse | peccatum in Spiritum Sanctum, non est orandum, ut  
*O111v* dicitur *Ioh. ultimo*; | ergo peccatum in Spiritum Sanctum non est remissibile.

- [A4-B4] Responsio. De peccato in Spiritum Sanctum an sit irre-  
 25 missibile uarie respondendum est secundum uarias eius acceptiones.  
 Si enim uocetur peccatum in Spiritum Sanctum peccatum mortale  
 cum finali impenitentia, sicut accipitur a beato AVGVSTINO, ut in pre-  
 cedente questione dictum fuit, sic illud peccatum dicitur simpliciter  
 30 finali impenitentia, nec in alia, quia in ea non erit status remissionis.  
 Si autem accipiatur pro blasphemia | dicta in Spiritum Sanctum, qui *V213va*  
 est primus modus accipiendi ipsum, uel pro contemptu abiciente illud  
 quod posset retrahere a peccato, qui est tertius modus, sic peccatum  
 in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile, non quia omnino remitti  
 35 non possit: nam et Deus potest ipsum remittere et homo, ex quo in  
 statu uie est, potest se per liberum arbitrium ad remissionem prepara-  
 rare, set ideo dicitur irremissibile, quia in se non habet aptitudinem ut  
 remittatur, immo potius continet id quod contrarium est remissioni.  
 Quod patet tripliciter.
- 40 Primo ex causa peccandi sic: illa causa que nullo modo peccatum  
 excusat, nec in toto nec in parte, set potius aggrauat, reddit ipsum  
 irremissibile; set causa ex qua procedit peccatum in Spiritum Sanctum  
 est huiusmodi; ergo etc. Maior patet. Cum enim causa | ex qua peccat *M305rb*  
 tur excusat peccatum a toto uel a tanto, sicut ignorantia uel uiolentia

passionis, eo quod ista aliquo modo tollunt uel minuunt uoluntarium, 45  
 ex hoc homo facilius ueniam consequitur et peccatum efficitur facilius  
 remissibile. Vnde APOSTOLVS de se \*ipso\* dicit \*I ad\* Tim. 1:  
*O112r* *Misericordiam consecutus sum, quia | ignorans feci.* Et per oppositum,  
 cum causa peccati nullo modo peccatum excusat, set potius aggrauat,  
 peccatum illud potest dici aliquo modo irremissibile. Minor simili- 50  
 ter patet. Ignorantia enim et infirmitas excusant in aliquo peccata; set  
 malitia uel industria, ex qua peccatum in Spiritum Sanctum procedit,  
 omnem excusationem tollit, et per consequens tollit aptitudinem ad  
 remissionem.

*Z99vb* Secundo patet idem sic: illud peccatum tollit aptitudinem ad remis- 55  
 sionem quod reddit hominem uix penitentem, quia ad remissionem

*N125vb* | peccati requiritur penitentia peccantis; set peccatum quod commit-  
 titur ex certa malitia, ut est peccatum in Spiritum Sanctum, reddit  
 hominem uix penitentem; ergo etc. Maior patet, set minor probatur,  
 quia qui peccat per ignorantiam, ita ut ignorantia sit causa peccati, 60  
 transeunte ignorantia penitet, ut apparet ex III E t h i c o r u m ; si enim

*Mu161ra* non penitet, | ignorantia se habuit ad actum concomitatie set non

causaliter; tunc enim ignorantia est causa peccati, quando homo non peccaret, si non ignoraret, in quo casu cessante ignorantia adest penitudo; similiter incontinens qui peccat ex passione transeunte passione penitet, ut patet ex VII E t h i c o r u m ; set intemperatus et quicumque peccat | ex electione, quod uocatur peccatum ex certa malitia, quan- *F146rb*  
 tum est ex modo peccandi, natus est semper | immanere sue electioni, *M305va*  
 ut ibidem dicitur, quia non peccauit per ignorantiam nec impulsus passione nec subito motu, set sciens et eligens, et talia nata sunt durare. Ideo peccans ex electione impenitius est et insanabilis, quantum est ex condicione peccati; quare peccatum in Spiritum Sanctum et omne peccatum quod ex certa malitia procedit potest dici irremissibile, | quia tollit quantum est de se aptitudinem ad remissionem. *O112v*  
 75 Vnde AVGVSTINVS in libro De sermone Domini in monte dicit quod *tanta est labes huius peccati quod humilitatem deprecandi subire non possit*, idest uix possit.

Tertio patet idem ex \*ratione obiecti\* peccati in Spiritum Sanctum sic: sicut est in egritudinibus corporalibus, sic \*est\* suo modo in peccatis; nam peccatum est quedam infirmitas spiritualis; set in egritudinibus corporalibus illa dicitur incurabilis que repellit remedium curationis, puta que generat *fastidium medicine* que posset curare morbum; ergo in peccatis illud potest dici irremissibile | quod repellit *D135ra*

*A85vb* remedia | remissionis; tale autem specialiter est peccatum in Spiritum Sanctum, ut patet ex precedente questione; ergo etc. *Per hoc tamen* 85  
*non excluditur misericordie et potentie Dei uia remittendi* talia peccata, qui potest omnem languorem corporalem et spiritualem sanare pro libito.

[A5-B5] Ad duo prima argumenta patet solutio. Non enim peccatum in Spiritum Sanctum dicitur irremissibile simpliciter quia Deus 90  
 remittere non possit aut quia homo non sit susceptibilis talis remissionis, | si Deus eam facere uellet – Deus enim cuicumque impenitenti potest dare quod peniteat –, nec dicitur irremissibile quia confirmet totaliter in malo, set quia excludit quantum est de se aptitudinem ad remissionem et ex parte cause peccati et ex parte modi et ex parte 95  
 obiecti, ut declaratum fuit, iuxta quem sensum intelligendum est illud quod in contrarium arguitur ex uerbo Domini *M a t t h . 12*, quod *non remittetur* etc., quamquam secundum sententiam *CRYSOSTOMI* illud  
*O113r* peccatum dicatur non remitti in hoc seculo | neque in futuro, quia pro eo Iudei puniti sunt in presenti per Romanos et postea in inferno. 100

[A6-B6] Quod arguitur postea, quod pro omni peccato remissibile est orandum, dicendum quod beatus *IOHANNES* non negat quin pro peccante ad mortem orandum sit, set innuit quod oratio cuiuslibet

| fratris non sufficit. Vnde cum premisisset: *Qui scit fratrem suum* | V213vb  
105 *peccare peccatum non ad mortem petat et dabitur ei*, subiunxit: *est pec-* N126ra  
*catum ad mortem, non dico ut pro illo oret quis*, supple sub promissio-  
ne prius facta, scilicet quod detur ei uita merito orationis cuiusli-  
bet fratris; immo oportet quod sit ualde magni meriti et quod ad hoc  
concurrat specialiter Dei gratia, sic potest conuenienter dici, quamuis  
110 illud dictum IOHANNIS secundum quandam expositionem Glosse  
intelligatur de omni peccato mortali; set illud omittatur, quia est pre-  
ter propositum.



<DISTINCTIO QVADRAGESIMA QVARTA  
QVESTIO PRIMA  
VTRVM POTENTIA PECCANDI SIT A DEO>

[A1-B1] *Post predicta, consideratione dignum occurrit* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum potentia peccandi sit | a Deo. 5

*M306ra* Et uidetur | quod non, quia perfectior est potentia coniuncta actui quam \*potentia\* separata; set Deus non est causa potentie peccandi ut est coniuncta actui, ut dictum fuit supra dist. 37; ergo nec est causa

*Z100ra* eius ut est | separata ab actu; et ita nullo modo.

*F146va* [A2-B2] Item, si potentia peccandi inesset nobis | a Deo, aut esset 10  
potentia naturalis, aut liberi arbitrii, aut gratie; set non potest esse potentia pure naturalis, quia \*in\* talibus \*nec\* meremur nec demeremur; nec liberi arbitrii, quia, sicut dicit ANSELMVS De libero arbitrio, posse peccare *nec est libertas nec pars libertatis*; nec est gratie, quia gratia inclinat ad oppositum peccati; ergo nulla potentia peccandi inest nobis a Deo. 15

[A3-B3] In contrarium est quod dicit AVGVSTINVS, quod *uoluntas* 0113v | *est qua peccatur et recte uiuitur*; set uoluntas inest nobis a Deo; ergo etc.

20 [A4-B4] Item PHILOSOPHVS dicit in \*libro\* *Topico*rum quod  
 potentie malorum bone sunt; set omne bonum est a Deo; ergo poten-  
 tia peccandi uel malefaciendi est a Deo.

[A5-B5] Responso.

*deest A*

25

30

Si quereretur utrum uoluntas inesset nobis a Deo, nullus dice-  
 ret quod non, et tamen uoluntas est potentia qua peccatur; si  
 etiam quereretur utrum potentia qua peccatur inesset nobis a  
 Deo, omnes dicerent quod sic per eandem | rationem, quia illa *O116e*  
 potentia est uoluntas; quia uero transformatur locutio et que-  
 ritur utrum potentia peccandi insit nobis a Deo, ideo QUIDAM  
 circa hoc dubitant. Videtur tamen idem dicendum de hoc et de  
 precedentibus. Quod patet sic.

Cum actus indicet potentiam, sicut actus peccati duo includit, sci-  
 licet actum et deffectum debite rectitudinis, sic potentia peccandi, ut  
 sic accepta, duo dicit, scilicet principium actus eo quod potentia et  
 35 quod possit defficere, quod est peccare. Hoc supposito

dicunt QUIDAM quod potentia arguitur sic. Si potentia peccandi  
 peccandi quoad primum, sci- non inesset nobis a Deo, hoc  
 licet quod est quedam natura esset aut inquantum potentia,  
 principians actum, est a Deo, hoc est inquantum est quedam

quia omne quod quoquo modo participat naturam entis positive oportet quod reducatur in Deum tamquam in causam primam; ipsa etiam sic accepta eadem est principium actus ordinati et inordinati; propter quod sicut potentia recte agendi est a Deo, sic et potentia peccandi.

natura principians actum, aut 40  
inquantum esset potens deffice-  
cere; set neutrum istorum potest  
dici; ergo nullo modo potest  
dici quod potentia peccandi  
non insit nobis a Deo. Maior 45  
patet, quia potentia peccandi  
non includit nisi illa duo. Minor  
probatum quantum ad utrumque  
membrum, et primo quantum  
ad primum, scilicet quod poten- 50  
tia peccandi inquantum est que-  
dam natura principians actum  
est a Deo. Et hoc sic: omne quod  
aliquo modo participat natu- 55  
ram entis positive oportet quod  
reducatur in Deum tamquam in  
causam primam, sicut probatum  
fuit in I libro dist. 8; set potentia  
peccandi, quatinus est quedam  
natura principians actum, reali- 60  
ter et positive participat naturam  
entis; ergo est a Deo.

[A6] Quantum ad secundum, scilicet quantum ad deffectibilitatem, non est a Deo, nec |  
*M306rb* directe nec indirecte.

[B6] Quantum autem ad secundum, scilicet quantum ad deffectibilitatem uel posse defficere, probatur idem sic: 65

Quod probant secundum dictum DAMASCENI, quod talis deffectibilitas inest rei ex eo quod est ex nichilo. Tunc sic:

| *deest B*

illud quod conuenit rei secundum se non causatur in ea ex  
 70 alio, saltem directe et per se; set rei create inest per se quod sit  
 ex nichilo, quia si sibi relinquatur, nichilum est; ergo esse ex  
 nichilo non inest creature | a Deo, saltem per se et directe. Item  
 nec indirecte, ut, eo modo quo Deus dicitur causa priuationis  
 gratie, quia gratiam non confert, dicatur similiter causa quod  
 75 creatura sit ex nichilo, quia non contulit creature quod non sit  
 ex nichilo, quia nichil est causa alicuius deffectus, etiam indi-  
 recte, nisi res sit capax opposite perfectionis; set res creata non  
 est capax huius perfectionis, | scilicet quod non sit ex nichilo,  
 cum oppositum insit ei ex se, ut dictum est; ergo Deus non est  
 80 causa quod creatura sit ex nichilo etiam indirecte; set per hoc  
 inest rei deffectibilitas, ut supponunt; ergo etc.

Set hic uidetur esse multiplex deffectus. Primus est quia acci-  
 pitur quod creatura ex se habet quod sit ex nichilo. Hoc enim  
 non est uerum. Quod patet resumendo breuiter ea que dicta  
 85 sunt supra dist. 1, scilicet quod creatura non dicitur fieri uel  
 esse ex nichilo materialiter uel in ratione subiecti, nec ordina-  
 biliter seu in ratione termini, set negatiue solum, quia fit uel  
 est non de aliquo supposito ex parte facti. Hoc autem habet  
 creatura a Deo et non ex se. Quod probatur primo, quia illud  
 90 quod est causa alicuius affirmationis est causa negationis per se

*deest B**D135rb**O114r*

<i>M306va</i>	<p>et immediate consequentis ad affirmationem. Verbi gratia: illud quod est causa quod aliquid   sit album est causa quod non sit nigrum; set Deus est causa creature secundum omne quod est in creatura; ad quam affirmationem sequitur per se et immediate ista negatio, scilicet quod creatura non fiat nec sit de aliquo supposito ex parte facti, quia si aliquid supponeretur, non totum produceretur; ergo Deus est causa quod creatura fiat uel sit non de aliquo; set solum sub hoc sensu dicitur fieri uel esse de nichilo, ut dictum est; ergo etc.</p>	<i>deest B</i>
	<p>Secundo, quia tota ratio que mouet ad ponendum quod creatura habeat ex se et non ex alio quod sit ex nichilo est illa que tangitur in argumento, scilicet quod creatura, si sibi relinquatur, cedit in nichilum et nichil est; set istud magis concludit oppositum quam propositum, quia illud quod est causa effectiua et conseruatiua entitatis rei per suam influentiam est sufficiens causa non entitatis eiusdem rei per subtractionem sue influentie, ut patet inducendo in omnibus; set Deus per suam influentiam est causa effectiua et conseruatiua totius entitatis cuiuslibet creature; ergo ipse solus per   subtractionem sue influentie est sufficiens causa totalis non entitatis creature. Nec</p>	95
<i>O114v</i>	<p>oportet dare causam positiuam   set negatiuam, scilicet Deum non influere, quia effectus non est positiuus set pure negatiuus, scilicet creaturam, que prius fuit, modo omnino non esse. Set et illud mirabilius est quod dicitur, quod creatura de se est non ens uel nichil. Cum enim hec prepositio dedicat causam aliquam, hic non potest dicere causam formalem, scilicet quod</p>	100
<i>V214ra</i>		105
		110
		115

creatura formaliter sit nichil, immo | certe formaliter est ens  
 et aliquid; nec materialem, scilicet quod creatura sit subiectum  
 nichili, quia nichil est totalis negatio que non potest habere  
 120 subiectum; nec finalem, quia tam finem quam illud quod est ad  
 finem oportet habere rationem entis et boni, quod de nichilo  
 dici non potest; nec efficientem, quia nichil non habet causam  
 efficientem set defficientem, que est eadem respectu entis effi-  
 125 tum est; quare nullo modo competit creature de se quod sit non  
 ens uel nichil, set siue sit ens desinat esse et cedat in nichil,  
 totum est a Deo influente uel influentiam subtrahente. Et ita  
 patet quod prima ratio nichil concludit.

Secunda etiam falsum assumit, scilicet quod nichil est causa  
 130 alicuius deffectus etiam indirecte, nisi res sit capax opposite  
 perfectionis. Videmus enim quod Deus creando asinum in tali  
 gradu causa est quod asinus defficit ab hoc quod est esse ratio-  
 nale, et tamen asinus non est capax rationalitatis; et idem est  
 in proposito.

135 [A7] Secundus deffectus est quia supponitur quod deffec-  
 tibilitas electionis inest rei ex eo quod est ex nichilo. Dicunt  
 enim, iuxta sententiam DAMASCENI, quod creature ex hoc quod  
 est ex nichilo competit duplex uertibilitas in nichil, scilicet  
 140 secundum esse nature et secundum electionem. Primum fieret,  
 si res totaliter annihilaretur, | secundum fit cum peccatur, quia

*deest B**M306vb**D135va*

secundum AVGVSTINVM *peccatum nichil est*; et ideo cum peccatur electio peccantis uertitur in nichil.

Set istud non uidetur sufficienter dictum. Quod enim creatura ex hoc quod est ex nichilo modo quo expositum est sit uertibilis in nichil quod negat totalem entitatem, satis est clarum ex hiis que dicta sunt, quia, ex eo quod Deus totum quidquid est in creatura | producit nullo supposito et productum conseruat, relinquitur quod subtracta influenza eius nichil remaneat, quod uocatur creaturam uerti in nichil; set quod ex eodem habeat quod sit uertibilis in nichil secundum electionem quod fit peccando, non uideo rationem, nec IPSI assignant; propter quod eadem facilitate condempnitur qua approbatur.

Item, si ex eodem est ista uertibilitas sicut et prima, sicut primam uertibilitatem non habet creatura durante communi influenza diuina qua res conseruantur, eodem modo nec secundam uertibilitatem haberet durante simili influenza. Hoc autem est falsum; liberum enim arbitrium pro statu uie semper est uertibile in malum; ergo non ex eodem est ista uertibilitas et illa.

Item non solum iste uertibilitates sunt in creatura, set quedam alie, sicut homo uertibilis est de uisu in cecitatem et omnes res corruptibiles de entitate in non entitatem per corruptionem,

deest B

145

150

155

160

que tamen non annihilantur totaliter; et omnes huiusmodi uersiones sunt in nichil sicut uersio electionis ad peccatum.

165 Peccatum enim dicitur nichil, quia est quedam priuatio; omnes autem predictae uersiones sunt ab habitu in priuationem; igitur similis ratio uidetur esse de omni mutabilitate creature ab habitu in priuationem quod insit creature ex eo quod est de nichilo. Et sic arguitur: creaturam esse ex nichilo aut est causa

170 immediata omnis uertibilitatis ab habitu in priuationem aut remota et mediata. Non potest dici quod sit causa immediata, quia posita causa immediata et sufficiente ponitur effectus; set esse ex nichilo conuenit equaliter omni creature; ergo si esse ex nichilo esset immediata causa | omnium uertibilitatum, omnes

175 uertibilitates cuilibet creature competere. Hoc autem est falsum. Quedam enim sunt creature quibus non competit uertibilitas corruptionis, ut celum et substantie separate, quedam quibus non competit uertibilitas electionis, et sic de aliis; ergo esse ex nichilo non est causa immediata omnium uertibilitatum.

180 Si autem sit causa remota et mediata, per eam non poterit sufficienter assignari ratio dictarum uertibilitatum. Dicere ergo quod defectibilitas electionis insit creature ex eo quod est de nichilo | multum insufficienter est dictum.

[A8] Tertius defectus est quantum ad principalem conclusionem, quia ponunt quod potentia peccandi quantum ad defectibilitatem non est a Deo. Hoc enim non est uerum. Quod patet sic:

185

*deest B**M307rb**O115v*



deffectus qui non habet rationem mali plus potest causari a Deo quam  
*N126rb* ille qui habet rationem mali; set deffectus qui habet rationem mali |  
 causatur a Deo; malum enim pene a Deo est, ut probatum fuit dist. 190  
 37; ergo fortiori ratione deffectus qui non habet rationem mali est  
 a Deo; talis autem deffectus est possibilitas defficiendi in eligendo;  
 non enim est culpa, alioquin homo semper peccaret, nec pena, quia  
 fuit in statu innocentie in quo nichil fuit penale, set est purus deffec-  
 tus nature create intellectualis, que non attingit perfectionem nature 195  
 increate, in qua nullus potest esse deffectus, nec in cognoscendo nec  
 in eligendo; nec tamen iste deffectus est malus, quia non tollit ali-  
 quam perfectionem creature debitam; ergo possibilitas defficiendi in  
 eligendo est a Deo.

<i>V214rb</i>	Item, sicut prius arguebatur, idem iudicium est de omni	<i>deest B</i>
<i>M307va</i>	possibilitate defficiendi, quod sit a Deo   uel non; set constat	
<i>D135vb</i>	quod possibilitas defficiendi per corruptionem est in creaturis corruptibilibus a Deo; ergo pari ratione possibilitas defficiendi in eligendo erit a Deo.   Maior patet, set minor probatur, quia ordo uniuersi est per se intentus a Deo. <i>Requirit</i> autem <i>ordo</i>	205

*uniuersi quod quedam defficere possint et quandoque defficiant,*  
 alioquin alia non saluarentur. Plante enim utuntur terra ad  
 sui nutrimentum, animalia uero plantis, homines uero plantis  
 et animalibus. Et in hiis corruptio unius ordinatur ad conser-  
 210 uationem alterius ex ordine nature et diuina institutione que  
 habetur *Gen.* 1 et 9 cap.; quare etc. Istud autem sequitur ad  
 precedentem positionem, quia secundum eam possibilitas pec-  
 candi inest creature per hoc quod ipsa est de nichilo; set quod  
 ipsa sit ex nichilo hoc habet a Deo, ut probatum fuit; ergo pos-  
 215 sibilitas peccandi inest creature a Deo.

deest B

[A9-B7] Ad primum argumentum dicendum quod in bonis poten-  
 tia coniuncta actui perfectior est quam separata ab actu, set | in malis  
 est imperfectior, quia et malum imperfectio quedam est. Et si dicatur  
 perfectior, hoc | erit per similitudinem, sicut perfectum transferimus  
 220 ad mala, ut dicitur *V Metaphisice*. Et ita maior est falsa. Minor  
 etiam falsa est: non enim dictum fuit supra | dist. 37 quod Deus non  
 sit causa potentie peccandi ut est coniuncta actui, set quod non est  
 causa immediata ipsius actus; et ideo ipse actus malus non potest ei  
 imputari ad culpam.

Mu161va

F146vb

A86ra

225 [A10-B8] Ad secundum dicendum quod potentia peccandi est  
 potentia liberi arbitrii. Et quod dicit ANSELMVS, quod posse peccare  
 non est libertas nec pars libertatis, dicendum quod ANSELMVS inten-

dit quod non est essenziale libertati posse peccare, alioquin Deus, qui  
 M307vb peccare | non potest, non esset liberi arbitrii; non negat tamen quod  
 potentia liberi arbitrii in creaturis non sit potens peccare aut quod 230  
 posse peccare non stet cum libertate.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM PRELATIO ET QVECVMQVE POTESTAS DOMINANDI SIT A DEO>

[A1-B1] Secundo queritur utrum prelatio et quecumque pote-  
 stas dominandi sit a Deo. Et uidetur quod non, quia *que a Deo sunt*  
 O117r *ordinata sunt*, ut dicitur Ro m. 13; | set in prelatione uel auctoritate 5  
 dominandi inuenitur multa deordinatio, utpote quod puer dominatur  
 seni, stultus sapienti; ergo talis prelatio uel dominatio non est a Deo.

[A2-B2] Item O see 8 dicitur: *Ipsi regnauerunt et non ex me.*

[A3-B3] In contrarium est quia in angelis beatis et in hominibus  
 pro statu innocentie nichil fuisset, nisi quod esset a Deo institutum; 10  
 set in angelis beatis est prelatio, fuisset etiam in statu innocentie; ergo  
 etc.

[A4-B4] Ad idem est quod | dicitur Ro m . 13, quod *qui potestati resistit Dei ordinationi resistit*, quod non esset, nisi prelatio et domina-  
 15 tio essent a Deo ordinata; ergo etc.

[A5-B5] Responsio. Videnda sunt duo. Primum est quod princi-  
 paliter queritur, scilicet utrum omnis prelatio sit a Deo. Secundum  
 erit utrum prelatio fuisset in statu innocentie, quia hoc implicatur in  
 argumento.

20 [A6-B6] Quantum ad primum dicendum quod prelatio est in  
 hominibus ex ordinatione diuina quantum ad debitum, non autem  
 quantum ad eius acquisitionem uel usum malum, nisi sicut dictum fuit  
 actus peccatorum esse a Deo supra dist. 37. Quod patet sic: illud quod  
 est debitum esse in hominibus secundum rectam rationem est debi-  
 25 tum esse in eis secundum diuinam ordinationem, quia ad hoc Deus  
 \*rationem hominibus\* indidit, ut ipsi secundum rectam rationem  
 uiuant; set secundum rectam rationem debitum est prelationem esse  
 inter homines; ergo illud idem debitum est secundum diuinam ordi-  
 nationem. Maior patet, set minor probatur, quia illud est secundum  
 30 rectam rationem in moribus | quod est secundum conformitatem ad *M308ra*  
 bonitatem que est in naturalibus, | quia *ars imitatur naturam*; set ordo *N126va*

O117v prelationis est secundum conformitatem bonitatis que est in natura-  
 libus; ergo etc. | Minor pro simili probatur, quia in naturalibus infe-  
 riora reguntur per superiora et multitudo per unum, denique totum 35  
 uniuersum ad modum exercitus ordinatur sub uno principe, ut dicitur  
 XII *Metaphisice*; ergo etc. \*Idem\* dicit *PHILOSOPHVS I Politi-*  
 D136ra *corum* quod in omni pluralitate ordinata | naturale est et expediens  
 quod unus principetur et cetera sint subiecta; ergo in pluralitate homi-  
 num debitum est et expediens quod unus presit et ceteri sint subiecti;  
 in hoc autem consistit ordo et ratio prelationis; ergo prelatio est in 40  
 hominibus secundum debitum rationis et diuine ordinationis. Dico  
 tamen quod non semper assecutio et usus prelationis est a Deo, sci-  
 licet quando modus perueniendi ad prelationem uel usus prelationis  
 Mu161vb iam adapte est malus, de quibus intelligitur | quod dicitur *Osee 8:*  
*Ipsi regnauerunt et non ex me*; et quia iudicium est de re sumendum 45  
 secundum quod existit cum omnibus circumstantiis, quarum bonitas  
 F147ra requiritur ad | bonitatem rei, ideo non omnis prelatio est bona, nec a  
 Deo, nisi sicut mala sunt ab eo. Et sic patet primum.

[A7-B7] De secundo, scilicet an in statu innocentie fuisset prelatio, dicendum quod sic, set non secundum omnem modum. Primum patet, quia ubi in multitudine sunt aliqui apti alios dirigere et promouere in agendis et sciendis, alii | autem apti dirigi et promoueri, ibi *V214va* decet esse ordinem prelationis; set in statu innocentie sic fuisset, ut dictum est. Nam unus fuisset alio magis preditus lumine sapientie | in *M308rb* 55 speculabilibus et practicis, per quem et eius similes alii minus preditioni dirigi possent et promoueri ad bonum; quare etc.

Quod autem non fuisset ibi prelatio secundum omnem modum *O118r* patet. Prefertur enim aliquis alteri dupliciter. Vno modo referendo eum cui preest ad propriam utilitatem, et sic preest dominus seruo et 60 tyrannus subdito, et iste modus non fuisset in statu innocentie propter duo. Primum est quia iste modus preessendi alii non est licitus, nisi respectu eius quod ad hominem tamquam ad finem ordinatur; sic enim utitur dominus seruo, scilicet gratia sui, non serui; set in statu innocentie non fuisset talis ordo hominis ad hominem nec ex natura 65 nec ex gratia, quia tam natura quam gratia ordinant hominem ad

Deum tamquam ad finem, non autem hominem ad hominem; ergo in statu innocentie non prefuisset homo homini tamquam dominus seruo uel tyrannus subdito; prefuisset tamen isto modo ceteris animalibus, utendo eis propter se. Post peccatum etiam talis prelatio inter aliquos introducta est <sup>□</sup> in quantum propter peccatum *comparatus est* 70 *homo iumentis insipientibus, et similis factus est illis*. Secundum est quia unicuique est amabile bonum proprium et per consequens contristabile est quod bonum proprium tantum cedat alteri; set nichil tristabile uel penale fuisset in statu innocentie; ergo nec prelatio per quam bonum subditi cedit et ordinatur ad commodum presidentis; talis est 75 prelatio domini ad seruuum; ergo etc.

- N126vb* Alio modo preest aliquis alteri ad bonum | illius qui dirigitur uel ad bonum commune, quod fit uel directe uel indirecte, scilicet remouendo impedimenta | extrinseca, sicut populi a regibus defenduntur, uel infligendo penas ad correctionem morum. Primus modus fuisset in 80 statu innocentie propter rationem prius dictam, set secundus non fuisset, quia ante peccatum nichil fuisset quod homini nocere posset, | nec uoluntas cuiusquam bono contradixisset; propter quod non fuisset opus subditos defendere ab impugnatione aliorum, nec penas infligere 85 | ad correctionem morum.

Patet igitur quod debitum est et ex diuina ordinatione quod inter homines sit prelatio, set executio huius debite ordinationis per homines plerumque non est a Deo, nisi sicut peccata sunt a Deo.

[A8-B8] Per hoc patet responsio ad argumenta utriusque partis.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM CHRISTIANI TENEANTVR OBEDIRE PRINCIPIBVS SECVLARIBVS>

[A1-B1] Tertio queritur utrum christiani teneantur obedire principibus secularibus. Et uidetur quod non, quia I a c. 1 lex euangelica  
 5 \*uocabatur\* | lex perfecte libertatis, quod non esset, nisi liberaret | ab  
 obedientia cuiuscumque principis secularis; ergo etc.

*Z100va*

*Mu162ra*

[A2-B2] Item quilibet potest licite recurrere ad iudicium illius cui tenetur obedire; set christianis non licet recurrere ad iudicium principum secularium, maxime si sint infideles; unde APOSTOLVS reprehendit I a d C o r. 6 quosdam qui recurrebant | ad iudices seculares infi-  
 10 deles; ergo uidetur quod christiani non | tenentur obedire principibus  
 secularibus, maxime si sint infideles.

*F147rb*

*D136rb*



[A3-B3] In contrarium est quod dicit APOSTOLVS R o m . 13, quod *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*; et quod loquatur de potestate seculari patet per id quod subditur: *non enim sine causa gladium portat*; constat autem quod loquitur christianis, quibus et scribit; ergo christiani tenentur obedire potestati seculari. 15

M308vb [A4-B4] Responsio. Principum secularium quidam | sunt fideles et quidam infideles et in utrisque deducetur questio utendo uno generali principio per se noto, isto scilicet quod, si christianus legitime subest potestati seculari, certe tenetur obedire in hiis ad que se extendit potestas, *non solum propter iram*, idest timore | pene, *set propter conscientiam*, quia non obediendo *resistit Dei ordinationi*, ut dicitur R o m . 13. Primo ergo ostendetur quod christiani legitime subsunt potestati seculari fideli, et secundo inquiretur an legitime subsint potestati seculari infideli. 20 25

[A5-B5] Primum patet dupliciter. Primo sic: illud quod est secundum dictamen recte rationis non tollitur per fidem et gratiam; fides enim et gratia non tollunt naturam  $\nabla$ , set perficiunt; set prelatio secularis debet secundum dictamen recte rationis esse in hominibus, ut patet ex precedente questione; ergo hoc non tollitur a christianis per fidem et gratiam, per que distinguuntur ab aliis. 30

Item ubicumque potest perturbari ordo iustitie, decet aliquos esse qui ex officio faciant hunc ordinem obseruari; set inter christianos  
 35 contingit perturbari ordinem iustitie non solum in spiritualibus, set etiam in temporalibus; ergo decet aliquos esse qui ex officio faciant hunc ordinem obseruari inter christianos; ex officio autem non habet hoc nisi ille qui preest; unde R o m . 13 dicitur: *Vis non | timere pote-* N127ra  
*statem? Bonum fac et habebis laudem ex ea. Si | autem male feceris, time.* V214vb  
 40 *Non enim sine causa gladium portat, minister enim Dei est, etc.*; decet ergo secundum rectam rationem quod inter christianos sint aliqui qui presint non solum in spiritualibus, ut prelati ecclesiastici, set etiam in temporalibus, et hii sunt principes seculares.

Patet ergo quod potestas secularis inter christianos | legitima est, cui M309ra  
 45 subditi tenentur obedire in hiis que ad ius talis potestatis pertinent.

[A6-B6] Quantum autem ad secundum, scilicet an princeps secularis infidelis \*rite\* possit | preesse fidelibus christianis et per conse- O119v  
 quens christiani debeant ei obedire, distinguendum est quod dominium uel prelatio principis infidelis super christianum aut preextitit  
 50 distinctioni eorum per fidem et infidelitatem, utpote quia subditus conuersus est ad fidem et non princeps, sicut in primitiua Ecclesia passim fiebat, uel seruus conuertitur et non dominus, sicut adhuc

quandoque fit de seruis iudeorum, aut talis prelatio uel dominium  
*Mu162rb* de nouo introducitur. In primo casu, dicunt QUIDAM | quod *distinctio*  
*fideliū non tollit* <sup>□</sup> precedentem *prelationem* uel *dominium infidelium* 55  
*super fideles*. Cuius ratio est quia *ius diuinum, quod est ex gratia, non*  
*tollit ius humanum, quod est ex naturali ratione*; set *prelatio introducta*  
*est iure humano*, ut innititur naturali rationi, ut patuit supra; *distinctio*  
*autem fideliū ab infidelibus est ex iure diuino*; ergo hec distinctio non  
 tollit precedentem prelationem uel dominium ipso facto, immo adhuc 60  
*F147va* tenentur fideles subditi obedire | principibus uel dominis infidelibus.  
 Addunt tamen quod licet ipso facto non tollatur talis dominatio, *iuste*  
*tamen potest tolli per \*iurisdictionem\** Ecclesie, que habet *auctorita-*  
*tem Dei, quia infideles merito sue infidelitatis merentur amittere pote-*  
*statem super fideles qui transferuntur in filios Dei, et hoc quidem Ecclesia* 65  
*quandoque facit, quandoque autem non facit. In illis enim infidelibus*  
*qui temporaliter subiciuntur Ecclesie et membris eius, hoc ius Ecclesia*  
*statuit, ut seruus iudeorum factus christianus statim a seruitute liberatur,*  
*M309rb si fuerit uernaculus, | idest in seruitute natus, et similiter si fuerit | emptus*  
*O120r ad seruitium. Si autem fuerit emptus ad mercationem, tenetur eum expo-* 70  
*D136va nere infra tres menses ad uendendum \*; nec in hoc | iniuriam facit, quia*

*cum iudei sint serui Ecclesie, potest disponere de rebus eorum, sicut etiam principes seculares | multas leges ediderunt erga suos subditos in fauorem libertatis. In illis uero infidelibus qui temporaliter Ecclesie uel eius mem-* Z100vb  
 75 *bris non subiacent, predictum ius non statuit, licet posset iuste statuere; et hoc facit propter scandalum uitandum, sicut etiam Dominus Matth. 17 ostendit quod poterat se a tributo excusare, quia liberi sunt filii, set mandauit tributum solui ad scandalum uitandum.*

[A7-B7] Horum autem primum reputo uerum esse, scilicet quod  
 80 subditus principis infidelis, si conuertatur ad fidem, «ipso facto» non est absolutus a dominio alterius; set quod subditur, | quod iuste per ordinationem Ecclesie habentis auctoritatem Dei potest absolui, quia infideles propter infidelitatem suam merentur \*dimittere\* potestatem quam habent super fideles, N127rb  
 85 non uideo quomodo sit uerum, uerum quidem est, dummodo nisi plus addatur, quia aut infidelitas meretur quod princeps aliquid addatur, hoc scilicet aut dominus infidelis amittat totaliter omnem iurisdictionem,  
 90 aut quod amittat iurisdictionem solum super fideles. Primum non potest dici, quia inter infideles est legitima prelatio ex iure naturali, quod omnes astringit.

	Nec secundum, quia secundum modum illum princeps propter infidelitatem non meretur amittere ius sue prelationis, set fidelis merito fidei mereretur absolui a debito subiectionis;   istud autem non potest dici, quia fidelis tenetur obedire principi fideli non quia fidelis, quia sic quilibet fidelis teneretur obedire cuilibet fideli, quod falsum est, set ex ordine prelationis. Si ergo princeps infidelis uere remanet princeps, sicut uere remanet – nam subditi infideles uere tenentur ei ut principi obedire, et nichil precipit, nisi quod pertinet ad ordinem sue prelationis ex qua dependet totum ius obediendi in aliis –, non uideo quod, si priuetur iurisdictione sua super subditum factum fidelem, quin hoc fiat sine causa et iniuste.	95
<i>M309va</i>		100
		105
		110
		115
	Secundo, quia in eo in quo communicant fideles cum infidelibus nec est distantia unius ad alterum, nullus potest priuari iure suo propter culpam infidelitatis; set in dispositione bonorum temporalium que pertinent ad secularem principatum non differunt fideles ab infidelibus, set eadem obseruanda sunt erga fidelem et infidelem; ergo princeps uel dominus propter	120
		125

130 culpam infidelitatis non potest  
 iuste priuari iure suo quod  
 habet super suum subditum;  
 quantumcumque ergo subditus  
 conuertatur ad fidem, tenetur  
 135 nichilominus principi manenti  
 in infidelitate ad omnia ad que  
 teneretur, si fieret fidelis; set  
 tunc teneretur ad omnia ad que  
 tenebatur prius; ergo etc.  
 140 Tertio, quia illicitum est quod  
 infideles, qui numquam fidem  
 susceperunt, compellantur ad  
 fidem; set si Ecclesia priuaret  
 principem infidelem iure suo  
 145 quod habet super suos subdi-  
 tos, ipsis conuersis ad fidem,  
 compelleret ipsum ad fidem per  
 amissionem bonorum suorum;  
 possunt enim plures uel omnes  
 150 subditi ad fidem conuerti et  
 tunc princeps amitteret totum  
 principatum suum uel partem  
 principatus, nisi conuertere-  
 tur; ergo Ecclesie non licet hoc  
 155 facere; quod concedendum est.  
 Sicut enim fides suscepta nullum  
 absoluit a debito pecunie, ita nec  
 | a debito obedientie, nisi plus  
 addatur. Quodam enim addito  
 160 uerificabitur quod dictum est, et  
 est illud

quod, si princeps uel dominus infidelis, non contentus sua legitima auctoritate, nititur subditum uel seruum factum christianum reducere ad infidelitatem, nec patitur quietum esse ut prius, | set inquietat ipsum per contumelias illatas creatori, tunc ipso facto priuatur uel saltem per auctoritatem Ecclesie iste potest priuari iure quod habebat in subditum. Quod patet [ratione et quodam simili]. Ratio [est talis]. Dominus inferior [suadens et procurans] discessionem a domino superiore, a quo habet totam auctoritatem dominandi, [ipso facto] priuatur | uel meretur iuste priuari auctoritate sui principatus uel domini; set princeps uel dominus infidelis qui subditum uel seruum factum christianum nititur ad infidelitatem reuocare et inquietare | per blasphemias [illatas creatori] est huiusmodi: suadet enim | discessionem a Deo, a quo est omnis potestas, ut dicitur Ro m . 13; ergo talis meretur iuste priuari auctoritate sui domini. 175

[Simile inducitur tale]. Eque [grandis] obligatio uidetur esse coniugum ad inuicem sicut est [principis ad subditum] uel domini ad seruum; set si alter coniugum conuertatur ad fidem altero in infidelitate \*manente\*, si infidelis [consentit habitare cum fidei absque hoc

180 quod pertrahat ipsum ad infidelitatem absque blasphemia creatoris,  
 non soluitur uinculum matrimonii inter eos; si autem infidelis non  
 uult commanere cum fideli, nisi pertrahendo eum ad infidelitatem  
 uel cum blasphemia creatoris, fidelis absolutus est, a uinculo quo ei  
 ligabatur; ergo eodem modo, si princeps uel dominus infidelis exigit  
 185 a subdito uel seruo facto christiano solum illud quod pertinet ad ius  
 sui domini, uere subditus tenetur obedire; si autem nititur | eum pertrahere ad infidelitatem, blasphemando creatorem, \*amittere meretur\*  
 ius dominandi super eum; unde et in hoc casu solum mouent christiani auctoritate | Ecclesie bellum iustum contra infideles, ne fidem  
 190 Christi impediunt blasphemis uel persuasionibus malis uel persecutionibus manifestis. M310ra  
F147vb

Patet ergo quod Ecclesia non  
 statuit quod subditi uel serui  
 principum uel dominorum infidelium, qui non subsunt Ecclesie aut membris eius, facti christiani absoluantur a potestate dominorum suorum, non solum propter scandalum, set quia esset simpliciter iniustum, nisi in casu in quo dictum est.

De seruis autem iudeorum statuit quod dicunt, quia iudei

Si autem princeps uel dominus infidelis sit contentus sua legitima auctoritate, nec nititur subditum ad infidelitatem reducere, nec blasphemias infert creatori, set permittit ipsum quietum esse ut prius, non bene apparet qualiter talis princeps infidelis possit iuste priuari auctoritate et dominio quod habebat in subditum antequam esset christianus. Quod patet tripliciter.



0121r sunt serui, et ideo bona eorum sunt dominorum, et de eis possunt pro uoluntate disponere. Set si iudei non essent serui, set solum subditi Ecclesie cum priuilegio libertatis sicut christiani, certe Ecclesia non posset iuste ordinare circa subditos uel seruos eorum talia, sicut nec circa subditos uel seruos principum et dominorum christianorum.

Primo, quia in eo | in quo communicant infideles cum fidelibus 205  
nec est distantia unius ad alterum, nullus potest priuari iure suo propter culpam infidelitatis; set in dispositione bonorum temporalium que pertinent ad secularem principatum non differunt 210  
fideles ab infidelibus, set eadem obseruanda sunt erga fidelem et infidelem; ergo princeps uel dominus infidelis propter 215  
culpam infidelitatis preexistentis non potest iuste priuari iure suo quod habebat super suum subditum; quantumcumque ergo subditus conuertatur ad fidem, 220  
tenetur nichilominus principi manenti in infidelitate quantum ad omnia ad que prius tenebatur. Dico autem de principe prius existente infideli, quia si prin- 225  
ceps fidelis habens dominium super fideles efficeretur hereticus uel infidelis, ipso facto mereretur amittere dominium quod habebat super fideles, quia talis odio 230  
fidei discedens non solum corruptus est in se, set probabiliter

timendus | est tamquam corrup- *N127va*  
tius aliorum.

235

Secundo patet hoc idem sic.  
Illicitum est quod infideles, qui  
numquam susceperunt fidem,  
compellantur ad fidem; set si  
Ecclesia priuaret principem infi-  
delem iure suo quod habet super

240

suos subditos uel seruos, ipsis  
conuersis ad fidem, compelleret  
ipsum ad | fidem per amissionem *Z101ra*

245

bonorum suorum; possunt enim  
plures uel omnes subditi et serui  
ad fidem conuerti et tunc prin-  
ceps amitteret totum principa-  
tum uel partem | principatus, *Mu162vb*  
nisi conuerteretur; ergo Ecclesie  
non licet hoc facere.

250

Tertio patet idem sic. Si alter  
coniugum conuertatur ad fidem  
altero in infidelitate permanente,  
si infidelis consentit habitare  
cum fideli absque hoc quod per-  
trahat ipsum ad infidelitatem  
et absque blasphemia creatoris,  
non soluitur uinculum matrimo-  
nii | inter ipsos; ergo similiter, si *O121v*

255

princeps uel dominus infidelis  
exigit a subdito uel seruo facto

260

christiano solum id quod pertinet ad ius sui dominii, nec nititur ipsum pertrahere ad infidelitatem per blasphemias creatori 265 illatas, vere tenetur subditus ei obedire; sicut enim fides suscepta neminem absoluit a debito pecunie, ita nec a debito obedientie, nisi illud addatur quod 270 prius dictum fuit.

[A8-B8] Sic ergo patet qualiter christiani tenentur obedire principibus et dominis infidelibus, quando prelatio preexistit distinctioni eorum quoad fidem et infidelitatem.

[A9-B9] *De prelatione autem infidelium super fideles de nouo* 275 *introducenda nullo modo* permittit Ecclesia quod infideles acquirant dominium super fideles, aut quod eis in aliquo officio preficiantur; et rationabiliter: *cedit enim* <sup>□</sup> *in scandalum et* <sup>□</sup> *in* <sub>□</sub> *periculum fidei. De facili enim* <sup>□</sup> *illi* <sub>□</sub> *qui subduntur aliorum iurisdictioni immutantur ab eis, ut patet* <sup>□</sup> *in* <sub>□</sub> *libro Regum* <sup>□</sup>. *Similiter infideles* <sub>□</sub> *contempnunt fidem,* 280 *si fidelium defectus cognoscant* <sub>□</sub>; propter quod iuste prohibet Ecclesia <sup>□</sup> *quod* <sub>□</sub> *tale dominium introducatur; si tamen introductum fuerit,*

sicut | quidam principes christiani faciunt ex | iudeis quosdam prepo- *F148ra*  
 sitos \*aut\* baliuos, peccant quidem facientes 「hoc」 contra statutum *M310rb*  
 285 Ecclesie, ueruntamen subditi tenentur iudeis sic institutis obedire in  
 hiis que pertinent ad iustam executionem officii talibus commissi.

[A10-B10] Ad primum argumentum dicendum quod lex euangeli-  
 ca dicitur lex perfecte libertatis quia liberat ab onere legis ueteris, quod  
 onus nec nos nec patres nostri ferre potuimus, ut dicitur Act. 15. | *O122r*  
 290 Item liberat plene a seruitute peccati non autem a seruitute temporali.

[A11-B11] Ad secundum dicendum quod maior est falsa. Obedire  
 enim principi seculari in hiis que ad 「dominium」 eius pertinent est  
 necessitatis, trahere autem alium ad iudicium coram iudice infideli est  
 uoluntatis; et ideo primum est debitum, secundum autem non, set 「  
 295 uoluntarium; et ideo, ubi uergit in periculum, est illicitum; | in quo *V215rb*  
 casu loquitur APOSTOLVS. Quod autem 「Dominus dicit」 Mat h. 17:  
*Filii sunt liberi*, de se loquens hoc dicit: erat enim secundum \*deita-  
 tem\* Filius regis eterni, sicut prius 16 cap. dixerat Petrus: *Tu es Chri-*

*stus Filius Dei uiui*, et secundum humanitatem filius Dauid, et ideo duplici iure liber erat ab omni tributo; non sic autem \*de nobis\* est. 300 Vnde et ipse docuit tributa reddi principibus: *Reddite*, inquit, *que sunt Cesaris Cesari*; \*ideo\* etc.

## &lt;QUESTIO QVARTA

## VTRVM RELIGIOSI TENEANTVR PRELATIS SVIS IN OMNIBVS OBEDIRE&gt;

[A1-B1] Vltimo queritur utrum religiosi teneantur prelati suis in omnibus obedire. Et uidetur quod sic, quia in habentibus ordinem sic se habet primum ad secundum, sicut secundum ad tertium; set inter 5  
*Mu163ra* subditum, prelatum et Deum \*ordo est\* | prelationis et subiectionis, ita quod prelati est medius inter subditum et Deum; ergo, sicut prelati tenetur obedire Deo, sic subditus prelati; set prelati tenetur obedire Deo in omnibus; ergo similiter subditus prelati.  
*M310va* [A2-B2] Item sicut religiosus profitendo uouet castitatem | et pau- 10  
*O122v* pertatem, ita et obedientiam; set | religiosus tenetur seruare castitatem et paupertatem\*; ergo et obedientiam.

[A3-B3] In contrarium est quod dicit BERNARDVS libro De precepto et dispensatione: subditus ultra promissum non est cogendus; set nullus religiosus promittit obedire in omnibus; ergo etc. 15

[A4-B4] Responso. Videndum est primo de obedientia religiosorum ad suum prelatum religiosum, secundo uidebitur de comparatione huiusmodi obedientie ad obedientiam qua tenetur religiosus obedire prelato | non religioso, puta episcopo uel pape. Z101rb

- 20 [A5-B5] Quantum ad primum dicendum \*est\* quod religiosus non tenetur prelato suo religioso obedire in omnibus. Cuius ratio breuis est, quia debitum obedientie religiosorum ex uoto religionis consurgit; set uotum religionis non est ad obediendum in omnibus: nullius enim religionis professio talem formam habet, set solum est  
 25 ad obediendum secundum regulam et legitima statuta religionis; ergo nullus religiosus tenetur obedire prelato suo in omnibus, set solum quoad illa que sunt expressa in regula et statutis religionis uel ad ea reducibilia, *sicut ea que pertinent ad mutua obsequia* et quedam similia, *sine quibus status religionis rite conseruari non posset*. Et hoc est  
 30 quod dicit beatus BERNARDVS libro De precepto et dispensatione: *Nichil me prelatus prohibeat horum que promisi, nichil plus exigat quam promisi*. Si ergo religiosus obediat | prelato suo in hiis que F148rb  
 35 pertinent ad regulam et statuta ordinis directe uel indirecte, facit illud ad quod tenetur ex debito necessitatis; si autem in omnibus licitis, perfectionis est, si autem in illicitis, temeritatis est.

O123r [A6-B6] De | secundo, scilicet cui plus tenetur | religiosus obe-  
 M310vb dire, utrum prelato suo religioso, puta monachus abbati, uel episcopo  
 seu pape, QUIDAM dicunt quod *potestas superior et inferior dupliciter se*  
*habent. Aut ita quod potestas inferior ex toto oriatur a superiore, sicut*  
*potestas proconsulis a potestate imperatoris, quo etiam modo omnis* 40  
*potestas ecclesiastica oritur totaliter ex potestate pape, et tunc magis est*  
*obediendum in omnibus potestati superiori quam inferiori, sicut impera-*  
*tori quam proconsuli et pape magis est obediendum, tam a secularibus*  
*quam a religiosis, quam archiepiscopo uel episcopo uel abbati, et hoc*  
*in omnibus absque ulla distinctione. Alio modo possunt se habere potestas* 45  
*superior et inferior, quod ambe oriantur ex suprema potestate, que unam*  
*subdit alteri prout uult, et tunc una non est superior altera simpliciter,*  
*set tantum in illis in quibus una subicitur alteri secundum ordina-*  
 N128ra tionem supreme potestatis, et hoc modo | se habent potestas archiepis-  
 pi et episcopi descendentes a potestate pape et similiter potestas episcopi 50  
 et abbatis super religiosum, quia una subicitur alteri tantum in certis  
 casibus; in talibus ergo casibus *magis est obediendum superiori quam*  
*inferiori, puta archiepiscopo quam episcopo et episcopo quam abbati,*

| si monasterium non est exemptum; in aliis autem magis est obediendum abbati quam episcopo et episcopo quam archiepiscopo, quia in illis unus non est alteri subiectus; propter quod *monachus* non exemptus *magis tenetur obedire abbati quam episcopo in hiis que pertinent ad regulam et statuta* sue religionis; set *in hiis que ad disciplinam ecclesiasticam pertinent magis tenetur obedire episcopo quam abbati, quia in hiis abbas est episcopo* subiectus, non autem in primis.

[A7-B7] Hec autem | omnia conuenienter dicta sunt \*uno\* excepto quod est satis dubium, hoc scilicet quod monachus teneatur plus obedire pape quam abbati | in hiis que pertinent ad regulam et statuta sue religionis.

65 Hoc enim non uidetur, quia licet omnis potestas iurisdictionis ecclesiastice deriuetur a potestate pape quoad illa ad que christiani tenentur, etiam si  
70 propria sponte non obligarent se, quia hec tentio est ex ordine prelationis ecclesiastice, tamen ubi tota potestas prelati super subditum oritur ex spontanea  
75 obligatione subditi quoad illa in quibus subditus est ita liber quod contra preceptum | pape potest ea licite facere, non uidetur quod talis potestas aliquo

Istud enim uno modo est uerum et alio modo non. Si enim quilibet utatur rite iurisdictione sua, tunc magis est obediendum pape quam abbati.



modo dependeat ex potestate pape. Ex quo enim adeo liberum quod contra preceptum pape licite possum hoc facere uel omittere; possum me obligare prout uolo uni, ita quod non alii; ex qua obligatione oritur in me ius obediendi isti et nulli alii; set potestas prelati religiosi super subditum suum quoad uota religionis et obseruantiam regule et constitutionum religionis oritur ex spontanea obligatione subditi quoad illa *in quibus* subditus est ita liber, quod contra preceptum pape potest licite ea facere uel omittere, ut sunt paupertas, castitas et cetera consimilia que Christus suadet; ergo uideatur quod talis potestas in nullo dependeat a potestate pape; propter quod in talibus, si abbas precipiat aliquid monacho, puta quod non comedat carnes, et papa precipiat quod comedat, uideretur quod esset abbati obediendum regulariter loquendo, quia in casu posset contingere contrarium.

Verbi gratia, si propter utilitatem Ecclesie papa indiget pro aliqua legatione aliquo discreto monacho et precipiat quod uadat, tenetur | 110  
*M311rb* ire non obstante precepto abbatis dicentis quod resideat in claustro

iuxta statuta ordinis sui, quia spontanea obligatio istius ad statuta sue religionis non absoluit eum ab obligatione qua prius erat obligatus Ecclesie. Set si papa uolens solum ostendere potestatem suam dicat  
 115 monacho: ‘uolo quod non uadas ad chorum et quod possis ire per uillam sine licentia abbatis quotienscumque uolueris’ et similia que sunt contra statuta ordinis, et abbas precipiat contrarium, uidetur probabiliter quod abbati  
 120 esset obediendum. Adducitur ad hoc tale simile. Sicut a potestate pape dependet omnis potestas ecclesiastica, sic a potestate imperatoris in imperio suo dependet omnis potestas secularis; set  
 125 uidemus, quod si aliquis uoluntarie subdidit se alii in seruum, si dominus precipiat seruo aliquid facere quod spectet ad officium sue seruitutis, et imperator  
 130 solum uolens ostendere auctoritatem suam prohibeat illud fieri, certe diceretur quod imperator iniuste prohiberet, et per consequens non esset ei obediendum  
 135 secundum conscientiam; ergo eodem modo uidetur esse dicendum de religioso qui propter  
 satis deberet esse scrupulosum homini conscientioso non obedire abbati. Cuius ratio est, quia licet omnis potestas iurisdictionis ecclesiastice deriuetur a iurisdictione pape quoad illa ad que christiani tenentur, etiam si ipsi sponte non obligarent se, quia hec tentio est ex ordine prelationis ecclesiastice, tamen ubi tota potestas prelati super subditum oritur | ex spontanea *F148va* obligatione subditi quoad illa *in quibus subditus est ita liber, quod contra preceptum pape | potest ad* *Z101va* talia se licite obligare, non uidetur quod talis potestas dependeat aliquo modo ex potestate pape. Ex quo enim adeo liber sum, quod contra preceptum

Christum subiecit se sponte perpetue seruituti tali prelato quoad certam formam uiuendi; et tota  
*O124r* ratio est quia, ut dictum est, tota obligatio religiosorum ad ea que sunt religionis est spontanea, et  
*A87ra* de hiis in quibus homo sic est liber, quia regulariter potest ea facere uel omittere contra preceptum pape.

pape possum hoc licite facere uel omittere; possum me obligare prout uolo uni, ita quod non  
 140 alii, ex qua obligatione | orietur in me ius obediendi isti, super quam obligationem nullus alius  
 145 habet | potestatem, nisi quatinus preiudicaret communi obligationi. Nunc est ita, quod potestas  
 150 prelati religiosi super religiosum subditum suum quoad uota religionis et obseruantiam regule et  
 155 constitutionum religionis oritur ex spontanea obligatione subditi quoad illa in quibus subditus est  
 ita liber quod contra preceptum pape potest ea licite facere uel omittere, ut sunt castitas, pau-  
 160 pertas et similia que Christus suadet; ergo uidetur quod talis potestas in nullo dependeat a potestate pape, ita ut papa possit precipere pro uoluntate sua talia  
 non obseruari abbate precipiente contrarium, nisi quando obseruantia talium preiudicaret bono communi Ecclesie, ad quod

165

procurandum quilibet tenetur  
obedire pape secundum modum  
suum.

[A8-B8] Ad | primum argumentum dicendum quod prelati sunt *N128rb*  
medii inter Deum et populum non quoad omnia, set solum quoad illa  
170 que spectant ad ius sue prelationis, | et in illis omnibus est eis obedien- *Mu163va*  
dum uice Dei iuxta illud Luc. 10: *Qui uos audit me audit*, non autem  
in omnibus | simpliciter. *M311va*

[A9-B9] Ad secundum dicendum quod castitas et paupertas  
habent determinatam materiam circa quam sunt, nec limitantur in  
175 professione religionis, obedientia autem habet latissimam materiam,  
quia omne quod est licitum posset poni sub uoto obedientie; et quia  
multa sunt licita que nichil facerent aut ualerent ad perfectionem uite  
religiose, ideo uotum obedientie limitatur in singulis religionibus ad  
aliqua circa que magis congruunt fini, propter quem religio instituta  
180 est, | qui finis proximus uariatur in uariis religionibus, set ultimus est *O124v*  
unus et idem, scilicet ipse Deus, *qui est benedictus in secula. Amen.*

Explicit super secundum Sententiarum.